







1. Michaelis / Joh. Georg / diff. de viro stante  
inter Myrtos, Halle 1739.
2. Moller / Christoph Gottl. / diff. de Genuina  
vorum xarakter et ypostasi notione,  
Lippie 1738.
3. Morheim / Joh. Laur. / diff. de jefu Christo  
vindice dogmatis de mortuorum ad  
vitam reditu, Helmst. 1740.
4. Müller / Gottfr. Ern / diff. de papolatria.  
Lippie 1726.
5. Müller / phil. / diff. de jure Dei in Homines;  
jens 1667.
6. Müller / phil. / diff. de regno Israelii restauran-  
do, jens 1704.
7. Müller / phil. / diff. de regno Israelii restauran-  
do, jens 1733.
8. Müller / phil. / diff. de Jefu Christo deandropo, jens  
1704.
9. Müller / Casp. Gottfr. / diff. de gloria  
hominis, jens 1661.





m. 18

حالا جفست و فانی مولا کلامی

# UNCTIO OMNIA DOCENS,

Quam  
DISPUTATIONE THEOLOGICA

Ex 1. Job. II, v. 20. usque ad 27.

*Vires largiente ac conservante, ipsa UNCTIONE caelesti,  
sive Oleo letitia SPIRITU SANCTO,*

ψευδεργυνεία BARCLAJI, Quakerorum Antesignani,  
Affectarumque ejus vindicatam,  
P R Æ S I D E

*VIRO Summe Reverendo, Magnifico, Amplis-  
simo, Excellentissimoque*

**DN. IO. GEORG. NEUMANNO,**  
SS. Theologiae Doctore, ejusdemque Prof. Publ. Famigeratissimo,  
Alumn. Elect. Ephoro Gravissimo, Academiae Bibliothecario  
meritissimo,

*Dno. Patrono, Praeceptore, studiorumque suorum Pro-  
motore atatem colendo*

Publico, Placidoque Eruditorum Examini sistit

AUCTOR & RESPONDENS

**M. DANIEL VENTZKIUS,**

Falcburgensis Neo-Marchicus,

Fac. Phil. Adjunct. nunc vero Superint. & Pastor Prim. Dioec. Gommer.

IN AUDITORIO MAJORI,

*Ad diem Octobris, Anni MDC XCIV.*

DENUO EXCUSA.

---

WITTENBERGÆ, LITERIS MEYERIANIS, 1718.

(9)





UNCTIO OMNIA  
DOCENS

DISPUTATIONE THEOLOGICA  
de Spiritu Sancto  
auctore G. R. S. I. D. R.

PROFESSORIS P. R. S. I. D. R.  
KIRCHENRATHE  
P. R. S. I. D. R.

DR. JO. GEORG. NEUMANN  
2.2. Theolog. Doct., eiusdemve Prof. Publ. Landgraviat.  
Alum. Ried. Ephore Graßhau, Academiae Bibliothecario  
meritissimo.

DR. P. R. S. I. D. R.  
M. DANIEL VENTZKIUS  
PUBL. THEOLOG. FACULT. LIBRARIUS

IN AUDITORIO MAIORI  
D. N. S. I. D. R.





Jova Jova!

PROOEMIUM.



Erba sunt dulcedinis, delectationisque spiritualis omnino plenissima, quibus a Deo immediate illuminatus Rex ac Propheta David, omnibus ac singulis divinæ opis indigentibus, Servatorem Optimum Maximum sistit, dum inter alia *Pf. XLV, v. 8.* ita dicit: *Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te, o Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ Consortibus tuis.* Nimirum, uti vel ex ipso titulo & initio Psalmi modo citati patet, constituerat secum divinus Vates, in hoc ipso sistere, vivisque quasi coloribus depingere Messiam ut Regem & Sponsum. Regem & Sponsum non corporalem & terrestrem, talem enim intelligi non permittunt prædicata, quæ huic Regi & Sponso in hoc Psalmo, in primis *v. 7. & 8.* attribuantur, sed spiritualem & cœlestem, qui unice in deliciis habebat hoc: ut justitiam generis humani a Cacodæmone ereptam, sicque amissam restitueret, & iniquitatem ab eo introductam aboleret; cuique nihil magis curæ cordique erat, quam ut ab infernali Raptore ereptam sibi Sponsam, creaturam puto ad imaginem Dei conditam, ex ejus unguibus iterum liberaret, a sordibus contractis mundaret; decentibus Deoque acceptis modis exornaret, sicque sibi eam in fide in omnem æternitatem desponsaret. Negotium omnino arduum & vere molestum, ob Adversarium Satanam, magnum istum Draconem, cum quo ipsi hac de causa fuit decertandum, certamine vere acerrimo. In quo, cum Gigas geminæ substantiæ sive naturæ, pugnam ingrederetur, ne imbecillior ejus natura nimium contristaretur, deficeret aut plane succumberet, DEUS ex consilio suo sapientissimo, hunc Deum (Filium scilicet) Regem & Sponsum spiritualem & cœlestem, secundum alteram ejus naturam (humanam puto) unxit oleo lætitiæ, præ Consortibus suis, i. e. præ aliis Regibus ac Sponsis, præque omnibus illis, qui oleum lætitiæ accipiunt, vel acceperunt, vel accepturi sunt. Modus hicce loquendi, uti facile patet, desumptus est a moribus populorum orientalium, & in primis populi Dei in V. T. in quo cum primis Re-



ges nuper electi, instar athletarum, qui vitiiis debebant reluctari, solebant ungi unguento sacro, quod in sanctuario asservabatur, eademque simul unctione ad officium inaugurari. Quod unguentum, quia erat præstantissimum fragrantissimumque, hinc de se spargebat fragrantiam suavissimã, & non tantum inprimis uncti hominis spiritus mire ac intime reficiebat, sed & adstantes alios, odore suo suavissimo mirum in modum exhilarabat. Præter hunc unguendi modum, adhuc alius usitatus erat in isto populo, ubi extraluctum, in publicum proditurus unusquisque se ungere poterat, communiterque solebat, ita, ut unguentum, sive oleum, præcipue balsaminum, capiti, vel etiam faciei illineret, cum ad cutis emollitionem ac nitorem, tum ad gratam fragrantiam conciliandam. vid. *Che-mnit. Harm. Evangel. p. m. 493. Geier. in Psalm. CIV, v. 15.* Inprimis autem unctionis frequens erat usus apud Judæos in V. T. quando lætitiæ in solennioribus conviviis vacare, & convivas honoratiores lautius tractare volebant, tum enim in capita eorum balsamum, vel alterius generis pretiosum unguentum effundere solebant, partim ut vires ac spiritus hominis, quibus grati sunt odores, reficerent, partim ut deturpationi faciei, ex sudore in æstuosis illis regionibus frequenter obortæ, occurrerent, *confer. Psalm. XXIII, v. 5. Psalm. CIV, v. 15. Luc. VII, v. 46. vid. etiam Orho in Lexico Rabbinico Philologico p. 670. 671.* quod unguentum, cum ex capite in reliqua corporis membra destillaret, fragrantissimus spargebatur odor, quo tum ipsimet unguento perfusi, tum convivæ etiam reliqui suavissime reficiebantur, cunctique sic eorundem sensus, visus, auditus, gustus, tactus, olfactus, suas simul delicias in convivio percipiebant. Hinc factum, ut idem hoc ipsum unguentum præcipue, a dictis suis effectis diceretur *oleum lætitiæ*, quocum, uti dictum, unusquisque libere & se & alium etiam ungere poterat, nimirum in lætitiæ, & nisi publicus totius populi instaret luctus, quo ultimo casu tamen excepti erant *Sponsus & Sponsa*, quippe qui non tantum extra luctum, sed & in luctu etiam totius populi se tali oleo ungere, aut etiam ab alio eodem ungi libere poterant *vid. Gerhard. Harm. Evangel. p. 45. B. & p. 46. A. Geier. in Psalm. XXIII, v. 5. col. m. 362.* & Præceptor noster honoratissimus *Excell. Dn. Professor Dassovius in Praelectionibus publicis de Typis V. T. Typo VI. de Sponso Hebraeorum §. 4.* Ut jam non multis dicam de alia etiam hujus olei vi & efficacia, quod nim: membra inuncta corroborarit, luxata fovorit, aspera mitigaverit, dolores leniverit, ardorem extinxerit, agilitatem contulerit &c. de quibus *vid. Geierus ad Psalm. XLV.*



v. 8. col. m. 797. Et hic est ille inungendi ritus, a quo loquendi rationem duxisse videtur Propheta, cum dicit: *Deum unxisse Messiam oleo lætitiæ.* Ut ut enim oleum lætitiæ, quocum unctus a Deo fuit Messias, corporale ejusmodi, quale illud erat, non esset, nec esse posset, cum non corporalis, sed spiritualis hic deberet esse & Rex & Sponsus, interim tamen ambo haud injucunde ac ineleganter inter se aliquo modo possunt comparari. Quod ut fiat, primo omnium inquirendum est, quidnam proprie per *oleum lætitiæ*, quocum Messias unctus esse dicitur, debeat intelligi? Cui Quæstioni ut recte respondeamus, succurrit nobis ipsa Scriptura S. *Esa. LXI, v. 2. cap. LXI, v. 1.* collat: cum *Actor. X, v. 38.* ex quibus locis oppido colligitur, per oleum lætitiæ, quocum Messias unctus esse dicitur, intelligendum esse ipsum Spiritum Sanctum. Jam, quemadmodum oleum unctionis, quamprimum eo inungebatur novus Rex, ex uncto faciebat plane alium hominem, nimirum talem, qui Spiritu Dei agebatur, confer: *1. Sam. X, v. 1. & 6. cap. XVI, v. 13.* erat enim hoc oleum medium conferendi cœlesti oleum Spiritum Sanctum. *vid. Seb. Schmidius in Ep. ad Hebr. p. m. 98.* Ita etiam oleum cœlesti, sive Spiritus S. quamprimum eodem in momento unionis hypostaticæ Messias Rex noster spiritualis donabatur & ungebatur, faciebat ex eo plane alium hominem quam est homo nudus, hominem scilicet donis Spiritus Sancti infinitis instructum, ab eodemque in omnibus suis actionibus, in docendo scil. & miraculis edendis, aliisque omnibus, quæ ut Redemptor & Mediator noster & perficiebat & perficere debebat, plane singulariter actum, sicque longe supra sortem nudorum hominum positum: *Esa. LXI, v. 1, 2, 3. Actor. X, v. 38.* Quemadmodum illud oleum quamprimum eodem novus Rex inunctus erat, adstantes etiam, odore suo suavissimo, mirum in modum recreabat & exhilarabat; ita etiam oleum hocce cœlesti, quamprimum eo ipso Messias inungebatur, & mittebatur ad prædicandum, juxta *Matth. III, v. 16.* non poterat apud eum solum latere, sed inde ab eo tempore semper, unum odorem vitæ post alium copiosissime spargebat, plane uti prædictum erat *Esa. LXI, v. 1. 2. 3.* Quemadmodum oleum illud sacrum, quamprimum eodem novus Rex unctus erat, ejus Spiritus mire ac intime reficiebat; Ita & hoc oleum cœlesti Spiritus Sanctus, qui est Spiritus refectionis & lætitiæ, *Rom. XIV, v. 17.* quamprimum eodem Rex & Sponsus noster spiritualis, in ipso conceptionis suæ momento unctus fuit, eundem inde ab isto tempore & postea semper mirifice & intime



reficiebat, adeo quidem, ut nunquam sine Spiritus hujus Sancti exhilaratione esset (vid. *Sebast. Schmid. l. c. p. m. 97.*) ne quidem in maximo, & animæ suæ, & publico omnium creaturarum luctu. Hinc intrepide & animose, vires suas hoc oleo lætitiæ exerente, hostibus suis etiam truculentissimis obviam ibat, ut probe perspectas haberet omnes istas passiones crudelissimas, quas sibi illaturi essent hostes sui inaccessissimi. confer. Matth. XVI, v. 21. 22. 23. Luc XVIII, v. 31. 32. 33. Marc. XIV, v. 41. 42. Joh. XVIII, v. 3. usque 9. imo etiam in ipso stipite crucis, inter dolores intensissimos, tota natura anxietatem suam ob tristissimum spectaculum satis ostendente, utut brevi ante de derelictione Dei sui satis amare conqueustus esset, tamen illico iterum per hoc oleum lætitiæ reficiebatur ac exhilarabatur, suggestione dulcissimi amoris paterni, etiam in media percussione integerrimi, dulcissimæque, labores molestissimos mox securæ requiei, in manibus Dei beatissimis, & in paradiso Dei, quocum itidem non multo ante refectus & exhilaratus erat, confer. Luc. XXIII, v. 43. Matth. XXVII, v. 46. Luc. XXIII, v. 46. Adeo Sponsus animarum nostrarum charissimus, in acerbissimo etiam, eoque publico non tantum populi Dei, sed & totius naturæ luctu, non absque unctione, non absque oleo lætitiæ, ejusque intima vereque mirifica refectione ac exhilaratione erat ac manebat! Denique quemadmodum oleum lætitiæ, quod in nuptiis vel aliis convivis hilarioribus in capita honoratorum effundebatur, non solo capite manebat, sed inde destillabat in corpus ejusque membra reliqua, itidem suavissime reficiebat, membraque eodem inuncta corroborabat, luxata fovebat, aspera mitigabat, dolores leniebat, ardorem extinguebat, agilitatem conferebat, nitoremque cuti restituebat; & quemadmodum non tantum sponsus solus in lætitiis nuptialibus oleo lætitiæ ungebatur, sed omnino & ipsa sponsa: Ita quoque oleum illud lætitiæ, quod in nuptiis personalibus Regis ac Sponsi nostri Spiritualis, Deus ejus in eum, tanquam in caput nostrum spirituale ac mysticum effudit, certe non in eo solo tantum mansit, sed in certa, debita, Deoque placente mensura etiam destillavit, defluxitque, imo & adhuc destillat ac defluit & in corpus ejus mysticum singulaque ejusdem membra, ita quidem, ut illa, prout uniuscujusque necessitas id efflagitat, vel languentia reficiat, vel infirma corroboret, vel luxata foveat, vel aspera mitiget, vel dolores patientibus eisdem leniat, vel ardore crucis adustus peneque exsiccatis ardo-



ardorem hunc extingvat, vel tarditate & hebetudine intellectus & voluntatis in cognoscendis rebus spiritualibus, & conficiendo studio veri Christianismi laborantibus, agilitatem cognoscendi per illuminationem, currendi per motionem & actionem conferat, perque peccatum pollutis, applicatione sanguinis Christi, verarumque vestium salutis, pristinum, coramque Deo valentem nitorem restituat. Et sic adeo nec noster Sponsus spiritualis solus tantum est unctus, sed & Sponsa ejus spiritualis, christiana ecclesia (sive totus fidelium coetus) etiam accipit habetque unctiorem a Sponso hoc suo *Sancto*, scitque ac firmiter quoque retinet beneficio hujus unctiōnis satis superque ipsam cœlestem veritatem i. e. omnia ad salutem sibi scitu necessaria, etiam in mediis, quibus undique cingitur, hæreticorum falsorumque fratrum turmis. Plane ita, uti eam eadem hac unctiōne donatam nobis elegantissime depingit ac sistit *D. Johannes I. sua Epistola Cap. II. v. 20. seqq. usq. ad 27.* Cujus verba cum aliis Scripturæ verbis collata, utut sint clarissima, solatiiq; spiritualis, contra quascunq; hostium Ecclesiæ spiritualium machinationes, plenissima; tamen non cessavit, nec adhuc hodiernum cessat Spiritus Seducator eadem *ψυδραγυρεια* sua obscurare, & quicquid inde solatii hæctenus desumpserit Orthodoxi illis non tantum eripere, sed & conscientias eorundem turbare, angustiisque illis implicare, quasi scilicet ipsi non habeant *Unctiōnem istam*, de qua Apostolo loco citato sit sermo, idque confingendo Unctiōnem, de qua *D. Apostolus* dubio procul ne per somnium quidem cogitavit. Quod ipsum ut omnibus hac in controversia sensus adhuc inexercitatos habentibus, ipsa luce meridiana clarius pateat, sicque & hac ratione machinationibus hisce Spiritus maligni periculosis, quorum pessimos fructus proh dolor! quotidie adhuc experimur, in vero Dei timore resistatur, pro divinitus concessio gratiæ modulo allaborare constitui in præsentī hac ipsa DISSERTATIONE. Quæ ipsa, ut ordine procedamus, absolvetur (juxta methodum, quæ subinde in hujusmodi studio placet) TRIBUS SECTIONIBUS, nimirum I. EXGETICA, II. ELENCHTICA, III. PRACTICA. SECTIO I. constabit tribus Articulis, quorum (Imus) exhibebit textum originale cum versionibus præcipuis. (2) Analysin Logicam seu Dispositionem Textus. (3) Analysin Grammatico-Rhetoricam seu literalem ac genuinum sensum textus. SECTIO II. sub se complectetur itidem tres Articulos, vindicantes textum a corruptelis Hæreticorum, quod ut eo fiat solidius, Articulo (Imus) Sensu vere orthodoxum, partim ex locis Scripturæ aperte parallelis, partim etiam ex claris ipsius Divi Johannis, se ipsum explicantis verbis hujus ejus Epistolæ omnibus cum antecedentibus, tum consequentibus, probabit. (2)

Sen-



Sensum Heterodoxum cum ejusdem probationibus e diametro Scripturae contrariis enarrabit. (3tius) Hujus ipsius heterodoxi sensus refutationem, non tantum ex Sacris literis, sed & ipsorum Adversariorum scriptis, propriaque adeo confessione, suppeditabit. **SECTIO III.** & ipsa habebit tres Articulos, ostendentes praxin Christianam, ita quidem, ut Articulus (Imus) illam ostendat in Cruce (2) in Luce (3) in Morte. *Tu autem o AETERNE BENIGNISSIME QUE DEUS, Dator omnis, quo indigemus, quodque petere possumus, boni spiritualis munificentissime pariter ac omniscie, quem non laetet, uti omnium, ita & mea mentis in spiritualibus infirmitas, quique contra eandem ordinasti, petentibusque promissisti unctionem sive oleum, latitiae Spiritum tuum S. attende, charissime Pater, & presenti mea petitioni, & quoniam scrutaris corda & renes, cogitationesque hominum omnium intelligis e loquiqua, sicque & meas in presenti negotio, ideoque proba & me clementissime Deus, & scito cor meum: Interroga me & cognosce semitas meas, & vide, si via iniquitatis in me est, & deduc me Spiritu tuo Sancto, etiam in hoc meo opere in via aeterna. Amen! Fiat! per & propter JESUM CHRISTUM, filium tuum dilectum, unicum nostrum Mediatorem ac Salvatorem Amen!*

Sit itaque in Nomine DEI

## SECTIO I. EXEGETICA.

& hujus

### ARTICULUS I.

*Exhibens Textum originale cum Versionibus precipuis.*

*Textus originalis ex 1. Johann. II, v. 20. usque ad 27. hic est.*

V. XX. Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα.  
 v. XXI. ἢ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι ἢ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτήν, καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας ἢ ἔστι. v. XXII. τίς ἐστὶν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνῶμεν ὅτι Ἰησοῦς ἢ ἔστιν ὁ χριστός; ἔστος ἐστὶν ὁ ἀντίχριστος, ὁ ἀρνῶμεν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν.  
 v. XXIII. Πᾶς ὁ ἀρνῶμεν τὸν υἱόν, ἔδδ' τὸν πατέρα ἔχει. v. XXIV. Ὑμεῖς ἄν ὁ ηἰσάσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἐν ὑμῖν μενεῖτω. Ἐὰν ἐν ὑμῖν μενεῖ ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἡσάσατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ μενεῖτε.  
 v. XXV.



v. XXV. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία, ἣν αὐτὸς ἐπηγγέλατο ἡμῖν, τὴν ζωὴν  
τὴν αἰώνιον. v. XXVI. Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς.  
v. XXVII. Καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει, καὶ ἔ-  
χρεῖαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκη ὑμᾶς· ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει  
ὑμᾶς περὶ πάντων, καὶ ἀληθὲς ἐστὶ, καὶ ἔκ ἐστὶ ψεῦδος. Καὶ καθὼς  
ἰδίδαξεν ὑμᾶς, μνηστέ ἐν αὐτῷ.

*Verſio Syriaca.*

v. XX. **ⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲁⲓⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
**\* ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
v. XXI. **ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
**ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
v. XXII. **\* ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
**ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
v. XXIII. **\* ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
**ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
v. XXIV. **\* ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**  
**ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**

**B**

**ⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲛⲟⲩ**





כה לומר. אף כי אתם מקיימים לה לומר יקברו  
 וְשִׁמְרֵם מִיַּד הַיְהוּדִים: אֲבָל אֲבֹתֵיכֶם מִכִּפּוּרֵי  
 אֲבֹתֵיכֶם דָּאֵזְרִיבֵם. \* v. XXV. וְשִׁמְרֵם מִיַּד הַיְהוּדִים  
 וְאֲבֹתֵיכֶם לֵךְ מִיָּמִינְךָ וְלִתְּחִלַּת יָמֶיךָ. \* v. XXVI.  
 וְשִׁמְרֵם מִיַּד הַיְהוּדִים: מִיָּמִינְךָ אֲבֹתֵיכֶם  
 וְשִׁמְרֵם מִיַּד הַיְהוּדִים. \* v. XXVII. וְאֲבֹתֵיכֶם  
 אֲלֵיכֶם לֵךְ מִיָּמִינְךָ מִיָּמִינְךָ וְשִׁמְרֵם  
 מִיָּמִינְךָ: אֲבֹתֵיכֶם וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ  
 אֲלֵיכֶם מִיָּמִינְךָ וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ  
 וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ  
 וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ  
 וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ  
 וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ וְשִׁמְרֵם מִיָּמִינְךָ

*Verſio Latina Valgata.*

v. XX. Sed vos unitionem habetis a Sancto, & vobis omnia. v. XXI.  
 Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam: &  
 quoniam omne mendacium ex veritate non eſt. v. XXII. Quis eſt mendax,  
 niſi is, qui negat quoniam Jeſus eſt Chriſtus? Hic eſt Antichriſtus, qui negat  
 Patrem, & Filium. v. XXIII. Omnis, qui negat Filium, nec Patrem habet,  
 qui





qui confitetur Filium, & Patrem habet. v. XXIV. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: Si in vobis permanserit, quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis. v. XXV. Et hac est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam aeternam. v. XXVI. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt vos. v. XXVII. Et vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos manete in eo.

### *Versio Germanica B. Lutheri.*

v. XX. Und ihr habt die Salbung von dem/ der da heilig ist/ und wisset alles. v. XXI. Ich habe euch nicht geschrieben/ als wüßtet ihr die Wahrheit nicht/ sondern ihr wisset sie/ und wisset/ daß keine Lügen aus der Wahrheit kömpt. v. XXII. Wer ist ein Lügner/ ohne der da läugnet/ daß Jhesus der Christ sey? Das ist der Widerchrist/ der den Vater und den Sohn läugnet. v. XXIII. Wer den Sohn läugnet/ der hat auch den Vater nicht. v. XXIV. Was ihr nu gehöret habt von Anfang/ das bleibe bey euch. So bey euch bleibet/ was ihr von Anfang gehöret habt/ so werdet ihr auch bey dem Sohn und Vater bleiben. v. XXV. Und das ist die Verheißung die er uns verheissen hat/ das ewige Leben. v. XXVI. Solches habe ich euch geschrieben von denen/ die euch verführen. v. XXVII. Und die Salbung/ die ihr von ihm empfangen habt/ bleibet bey euch. Und dürffet nicht/ daß euch jemand lehre/ sondern wie euch die Salbung allerley lehret so ist es wahr/ und ist keine Lügen. Und wie sie euch gelehret hat/ so bleibet bey demselben.

### ARTICULUS II.

#### *Sistens Analysin Logicam sive Dispositionem Textus.*

Uti facile vel ex ipsis verbis textus patet, patuitque itidem paulo ante circa finem præmissi proœmii, hoc agit cumprimis in hoc textu Apostolus, ut in hac sua Epistola catholica omnes doceat instruatque de præstantissima æque ac utilissima *UNCTIONE SPIRITUALI*. Quam suam doctrinam ut quilibet comprehendat retineatque eo melius ac facilius, or-



dine progreditur, ostenditque Unctionis hujus (I.) *Subiectum inbafionis*, sive quoniam illi sint, in quibus hæc ipsa unctio reperiatur, hocque facit vocula: *VOS*, v. 20. quia ipsa intelligi vult omnes illos, qui veritatem cœlestem, sive verbum Dei, non tantum audiverant v. 24. sed & qui veritatem illam didicerant, scientiamque salutiferam ex ea hauserant v. 21. & 27. ac de quibus certo sperabat, quod in hac veritate etiam essent permansuri, eandemque ad finem usque vitæ in corde honesto ac bono retenturi v. 24. & 27. qui sunt, uno verbo: *Omnes veri ac sinceri Christiani*. (II.) *Causam principalem collationis*, sive eum, a quo & propter quem hæc Unctio veris Christianis sit collata, quem dicit esse *Sanctum illum*, qui hanc unctionem non tantum contulit, sed & collationem ejus promeruit. v. 20. (III.) *Effectum possessionis*, sive quid possessio & retentio hujus unctionis in veris Christianis efficiat, nimirum, quod beneficio ejus veri Christiani *cognitam* *perspectamque habeant*, (1) *fundamentalem*, quantum ad salutem consequendam satis est, *vera ac salutifera doctrine discipuli*, v. 20. 21. 27. (2) huic oppositam *Adversariorum falsam avertens* v. 21. f. 22. 23. 26. *quodque ea denique* (3) si nimirum in ipsis maneat, *ipsis conservet* *sartam* *tectamque ipsorum mysticam cum Deo evagari*, *certissimamque ex promissione vitæ æternæ παρακλησιν*. v. 24. & 25.

### ARTICULUS III.

#### *Tradens Analysin Grammatico-Rhetoricam, sive literalem & genuinum sensum Textus.*

V. XX. καὶ ET (SED) Utraque hæc hujus particulæ significatio, in Scripturis sacris latis est usitata, ut ex inspectione earundem patet. Sic enim, quod per *Sed* reddi debeat, patet ex *Actor. X. v. 28. Mart. I. v. 25. Job. V. v. 40. &c.* Sed quaritur: Quomodo hoc loco reddi debeat, copulative, an potius adversative? Interpretes certe si consulamus, reperimus, illis partim copulandi, partim adversandi significationem magis placuisse. Ita enim copulative reddidit *Syrus, Luberus, Egidius Hunnius, Calovius, Hemmingius*, aliique; Adversative autem illam accipere *Vulgata, Beza, Rappoldus, Marloratus &c.* Et sane utrovis modo accipere ac intelligere velis, nihil interest, cum utrobique sensus maneat bonus, orthodoxiæque plane non contrarius. Sic enim priori modo si acciperetur, sensus Apostoli hic foret: Et quorsum opus est de his multis vobis scribere, cum & absque his hæc vos non latent, nec late-



re possint, habetis enim unctionem &c. Posteriori autem modo & ad-  
 versative si redderetur, sensus Dicti emergeret talis: Sed quæso ne hanc  
 meam admonitionem ita accipiatis, quasi vos in doctrina Christiana du-  
 dum instructos, adhuc alicujus, in hac præcipue materia, ignorantia ac  
 rudilitatis insimulare vellem? minime omnium! Probe enim scio, ta-  
 lem ignorantiam, in primis rei tam necessariae apud vos locum habere  
 non posse, habetis enim unctionem &c. quæ explicationes adeo sibi non  
 sunt contrariae, ut potius optime possint combinari. h. f. m: Et quor-  
 sum opus est, de his multis vobis scribere, satis enim superque mihi  
 constat, talia vos latere non posse, hinc nec de me hoc vobis imaginabi-  
 mini, quasi hæc vobis scripsissem, tanquam Elementariis aut rerum  
 quæ tenere debebatis, ignaris, minime, sed memores saltem amice mone-  
 nere volui, resque jam tum cognitæ in memoriam vobis reducere. Alias  
 satis certus, vos Doctore, me multo superiore, intra vosmet ipsos non  
 esse destitutos. Nam:

*inquit VOS* quibus hanc Epistolam scripsi, ut societatem habeatis  
 nobiscum, quorumque societas est una nobiscum cum Patre & cum Fi-  
 lio ejus Jesu Christo, *HUIUS EPIST. C. I. v. 3. vos*, qui cognovistis eum,  
 qui ab initio est, *vos*, qui vicistis malignum, *vos*, qui cognoscitis Patrem.  
*c. II. v. 17, 14. Vos* inquam (nullus autem incredulus Judæus aut Ebneus,  
 quippe de quibus horum nihil dici potest. confer. Job. III. v. 35. 36. c. VIII.  
 v. 54. 55. Job. V. v. 23. Ephes. II. v. 11. 12. 13. C. IV. v. 17. 18. c. II. v. 2) *veri*  
*ac sinceri Christiani.*

*Χελομα ἰχθε*, **UNCTIONEM HABETIS**). i. e. ha-  
 betis Spiritum Sanctum, actu ipso vobis collatum, cujus Spiritus Sancti  
 collatio hic vocatur unctio, uti facile constat, per Metaphoram, eamque  
 desumptam a veteri ritu ecclesiæ V. T. in qua præcipue ungi solenni-  
 ter solebant triplicis generis homines, Reges scilicet, Sacerdotes ac Pro-  
 phetae, hocque ritu ad officium suum inaugurari. Jam, quia in N. T.  
 Christus veros ac sacros suos Christianos, omnes ac singulos itidem  
 voluit esse debere Reges, Sacerdotes ac Prophetas, *Spirituales scilicet*,  
 imo actu ipso eos Deo & Patri suo tales fecit *Apoc. I. v. 6. Añdor. II.*  
*v. 17. 1. Cor. XIV. v. 3. & 39. ea fini ut tanquam Reges* pugnent adver-  
 sus peccata, mundum & Diabolum, hosque hostes vincant & supe-  
 rent. *1. Job. V. v. 4. tanquam Sacerdotes* spiritualia Deo sacrificia offer-  
 rant, juxta *Psalms. IV. v. 6. L. v. 14. V. v. 19. Rom. XII. v. 1. 1. Petr. II.*  
*v. 5. Ebr. XIII. v. 15. 16. Apoc. V. v. 8. &c.* tanquam *Prophetae*, sensum  
 ac mentem Dei in Scripturis S. propositam assequantur, eundemque  
 suppeditare etiam aliis debeant, idque pro ratione status sui, in quo a



Deo sunt constituti, *vel publice coram tota alicujus loci ecclesia, vel pri-  
vatum coram suis domesticis & propria familia, constante ex liberis, ser-  
vis & ancillis, quæ Sensus divini in Scripturis affectio aliisque commu-  
nicatio, hodie in N. T. voce prophetandi denotatur & a veris Christia-  
nis, pro uniuscujusque sibi a Deo concessio dono requiritur, juxta  
Actor. II. v. 17. 1. Cor. XIV. v. 3. & 39. Rom. XII. v. 6. Actor. XVIII.  
v. 26. Eph. IV. v. 11. 12. Gal. VI. v. 6. Coll. III. v. 16. Tit. II. v. 3. 4. Gen.  
XVIII. v. 19. Deut. VI. v. 6. 7.* Hinc, inquam, quia tales esse voluit  
Christus suos Christianos, ideoque etiam, quo ad hæc ipsa sua officia  
& inaugurarentur, & apti redderentur, eos voluit ungeri. Quoniam  
autem, uti antea monuimus, hæc officia ex intentione Dei sunt spiri-  
tualia, ideoque ad ea nihil conferre poterat unctio corporalis, quin potius  
itidem requirebatur unctio spiritualis, quæ unctio spiritualis perfici-  
ebatur & adhuc hodie perficitur in Ecclesia Christi ipsa actuali col-  
latione Spiritus Sancti, *partim per verbum prædicatum in adultis Actor.  
X. v. 44. Eph. I. v. 13. 14. Gal. III. v. 2. 5. partim per Sacramentum  
Baptismi in infantibus Tit. III. v. 5. 6. Job. III. v. 5. 6. collat: cum Marc.  
X. v. 14. 15.* Et hæc actualis collatio Spiritus Sancti, sive Spiritus Sanctus  
actu collatus, est eadem ipsa unctio, de qua in præsentiarum Apostolo  
nostro est sermo. Per quam itaque minime intelligi vult tantum dona  
Spiritus Sancti, quæ sunt vel doctrinæ & scientiæ, sive ut alias vocan-  
tur, *ministrantia, vel sanctitatis & virtutis, sive ut alias dicuntur, san-  
ctificantia.* (quæquam hæc non excludat, sed potius includat, utpote a  
quibus eorumque collatione, tanquam effectu suo præcisè Spiritus  
Sanctus unctio dicitur) sed ipsam quoque ejus essentiam & sub-  
stantiam, uti probari potest ex disertis Scripturæ Sacræ dictis, quæ  
sunt Rom. VIII. v. 14. 15. Gal. IV. v. 6. 1. Cor. VI. v. 19. 2. Tim. I. v.  
14. & ex textu nostro Jobanneo. v. 27. quibus in dictis dicitur de Spiritu  
Christianis communicato, quod *clamet, testimonium det, inhabitet,  
maneat, & doceat,* quæ sane sunt actiones, actiones autem sunt suppo-  
sitorum, non donorum. Accedit, quod hæc actiones & prædicata per-  
sonalia alibi expresse personæ Spiritus sancti attribuuntur, v. gr. Job.  
XIV. v. 16. & 26. c. XV. v. 26. sicque satis evincant, non dona tantum  
Spiritus S. sed ipsam ejus essentiam & ὑπόστασιν h. l. esse intelligendam.  
Hæc autem essentia & Substantia Spiritus Sancti, a qua & divinæ na-  
turæ consortes facti pii Christiani dicuntur 2. Petr. I. v. 4. non tantum  
ita illis præsens est, quomodo præsens est etiam creaturis præter ho-  
minem alijs omnibus, puta quæ præsentiam suam generalem & universalem  
salem



*Salem*, illis scilicet providendo easque conservando ac gubernando, ut-  
pote absque quo si foret, ne ad momentum quidem subsistere possent,  
*Jerem. XXIII. v. 24. Psalm. CXXXIX. v. 7. seqq. Actor. XVII. v. 27. 28.*  
verum singulari specialique ac gratiosa presentia, propinquitate ac ope-  
ratione, qua fidelibus ita adest, inque illis habitat partim ut *Doctor*, **EOS**  
per verbum, non novum, sed quod antea jam tum audiverunt *i. Job. II.*  
*v. 24.* quodque Christus antea dixit *Job. XIV. v. 26.* & hodie literis con-  
signatum est. *Luc. I. v. 1. 2. 3. docendo*, perque hujus suggestionem eos  
in omnem veritatem caelestem ducendo, prout scilicet id temporis & sta-  
tus conditio efflagitat, confer supra cit. *Joh. XIV, v. 26. partim ut Di-*  
*rector* vitae scil. & morum filiorum Dei, ita ut illos agat moveatque ad  
omnes eos decentes, Deoque bene placentes, ipsis in verbo praedicatione  
& audito propositas christianas virtutes *Rom. VIII. v. 14. Gal. V. v. 22.* ob  
has enim elicendas, expresse dicuntur Apostoli verbum Evangelii praedi-  
casse, vide omnino *Rom. I. v. 11. 12. 13. 15. 16. 17.* & confer. *2. Cor. VII. v.*  
*3. 9. 10. seqq. Philipp. IV. v. 17.* item: *Luc. VIII. v. 8. 11. & 15.* incrementum  
dante, cooperante, corda aperiante, praedicationique benedicente ipso  
Deo & Spiritu ejus. *1. Cor. III. v. 5. 6. Philipp. II. v. 13. 1. Thessal. I. v. 5. 6.*  
*Actor. XVI. v. 14. Rom. XV. v. 13. 16. 18. 19. 20. partim etiam ut Consolator,*  
inque semel agnita veritate *Confirmator*, idque iterum mediante sugges-  
tione verbi antea auditi, quippe quem ordinem semper hodie in creden-  
tibus observare vult, teste Scriptura. *Eph. I. v. 13. 14. Rom. VIII. v. 15. 16.*  
Et haec Spiritus Sancti essentia & Substantia, una cum donis suis tam  
ministrantibus quam sanctificantibus, fidelibus Christianis, actu commu-  
nicata, dicitur jam unctio, quatenus consideratur in actu communicandi,  
qui in Ecclesia catholica universa, (in qua non tantum singulis diebus &  
horis, sed dubio procul, in diversis orbis Christiani locis, singulis etiam mo-  
mentis, recens nati infantes baptizantur, sicque Spiritu Sancto ungun-  
tur, imo semper etiam adulti convertuntur, itidem non absque actuali hu-  
jus spiritualis unctiois communicatione) est perpetuus, quique apud fide-  
les etiam continuatur, neque enim desinit Deus Spiritum suum com-  
municare, sed semper eum credentibus suis communicat, i. e. eundem  
ipsis conservat, facitque, ut semel antea collatus ab ipsis non iterum re-  
cedat, quam diu scilicet in gratia Dei constantes permanent, & ut, sic-  
ubi per peccata expulsi fuerit, post veram poenitentiam iterum confere-  
tur, ut docet exemplum Davidis *Psal. LI. v. 12. 13. 14. Petri, Matth. XXVI.*  
*v. 74. collat. cum Luc. XXII. v. 32 & 62.* Rationes autem, quare Spiritus San-  
ctus unguenti sive olei, & ejus collatio voce metaphorica unctiois  
figui-



figmificetur, partim jam tum antea in Prooemio dedimus, partim adhuc dabimus paucis hisce fequentibus: Nimirum *quemadmodum* oleum igni fuppeditat alimentum, lampadique infufum & accenfum ardet, arden- doque gratiffimum de fe fpargit lumen; ita etiam Spirituale ac cœlefte oleum Spiritus Sanctus, ubicunqve vafis cordium noftrorum infundit- tur, illico lino fumiganti fidei noftræ iterum alimentum fuppeditat, fa- citqve, ut iterum pulcherrime ardeat in amore Dei ac Proximi, ficqve in hoc amore non tepida ac frigida, fed Spiritu fervida fit, juxta *Rom. XII, v. 11.* quod dum fit, non poteft non & gratiffimam de fe fpargere lucem, quæ pro incremento fidei magis magisque in animis fanctorum lucet eorum hominibus, ut videant ipforum bona opera, glorificentqve Pa- trem illorum, qui eft in cœlis *Matth. V, v. 16.* quæqve fubinde etiam alios poft alios allicit, ut tenebras facinorofæ vitæ deferant, hancqve ipfis præluentem lucem feqvantur, ficqve fimul per fidem in Jefum Chri- ftum ad falutem ferventur *Rom. I. v. 8. Deut. IV. v. 6. 1. Cor. VII. v. 16.* Porro *quemadmodum* fragrantiffimo oleo uncti, undiquaqve gratisfi- mum de fe fpargunt odorem, eundemqve ab oleo, quo uncti funt, pro- venientem; ita etiam omnes Spiritu Sancto uncti veri Chriftiani funt, vi hujus unctiõnis, bonus odor (ipfi etiam) Deo, in iis qui falvi fiunt, & in iis qui pereunt, *2. Cor. II, v. 15.* Deniqve *quemadmodum* oleum non tantum limpida & pellucida in fe eft, fed res quoqve, quæ eo perun- guntur, lucidas & pellucidas reddit, (*dummodo faltem ipfe per naturam ita comparata fit, ut pelluciditatem recipere poffint.*) ita etiam oleum cœlefte Spiritus Sanctus, non tantum ipfe per fe lux eft *1. Job. I. v. 5.* fed & intellectum eorum, quibus communicatur, quique fic eodem un- guntur, luce verbi divini ita colluſtrat, ut eorum nihil, quod ad falutem pertinet, ipfis maneat obſcurum, fed potius omnia iſta ipſis ſint, ſiant- que limpida, pellucida ac notiffima, *vid. Rom. XV, v. 14. 2. Cor. VIII. v. 7. 1. Cor. I. v. 5. ſeqq. & 1. Job. II. v. 20. & 27.* Confer. *Ægidius Hunnius, Com- mentario in 1. Job. II. v. 20. Calovius in Bibliis Illuſtratis N. T. & quidem in Annotatis ad 1. Job. II. v. 20. Rappoldus in Commentario ad eundem locum. Ægidius Strauchius in Diſſertatione Theologica de Spirituali fidelium unctio- ne p. 11. ſeqq. Marloratus & Hemmingius ad locum Jobannis citatum.*

Ἄπὸ τῆς ἀγίας, A SANCTO) i. e. a Domino noſtro Jefu Chriſto, qui expreſſe hoc nomine inſignitur *Dan. IX. v. 24. Luc. I. v. 25. Actor. III. v. 14. Apoc. III. v. 7. &c.* hanc unctiõnem paſſione & morte ſua nobis pro- meruit, *Job. XVI, v. 7.* clariffimisqve verbis eam effuſiſſe dicitur *Actor. II. v. 32. 33.* collat: cum præced. v. 4. hujus capitis. & eo quidem conſiderato,

ncq



non tantū secundū divinā, sed & secundum humanā naturam, quippe secundum quam omnino itidem vocatur *sanctus* & a peccatoribus segregatus, *Hebr. VII, v. 26. 2. Cor. V, v. 21.* secundum quam nemine negante passus & mortuus, passioneq; ac morte hac sua, uti alia dona spiritualia & cœlestia, ita & hoc nobis promeruit. *Tit. III, v. 6.* collat: cum *Job. XVI, v. 7.* imo secundum quam præcise imo unice tantum ad dextram Dei est exaltatus, & promissionem Spiritus Sancti accepit, *Aflor. I, v. 4. 5. C. II, v. 33.* (secundum divinam enim naturam nec ex altari, nec in tempore donis aliquid accipere poterat, quippe quæ jam tum erat altissima, omniaque jam ab aeterno possederat) sicq; quod sibi ut homini communicatum superabundanter & sine mensura accepit, facillimo negotio etiam simul ut homo iterum in certa mensura cuilibet suorum fidelium communicare potest. Quæ communicatio, uti ab utraq; Christi natura profecta, una eademque communicandi actione perficitur, (differentia saltem in hoc relicta, quod quoad divinam naturam ea fiat virtute propria, quoad humanam autem virtute saltem in unione personali communicata) ita communicationem & donationem, unius ejusdemque hujus olei cœlestis, Spiritus Sancti, quatenus ea a Patre in Scripturis fieri passim dicitur, uti v. gr. *Job. XIV, v. 16. Matth. X, v. 20. C. VII, v. 11. &c.* minime excludit, sed potius includit, vel ob hanc rationem, quia Pater & Filius unum sunt, *Job. X, v. 36.* & quia Filius nihil facit, (puta in operibus ad extra, quæ tendunt ad creaturas, præter quæ in illis, in quibus solus terminative aliquid, ex decreto divino, facere voluit, quæ sunt, quæ solus fecit patiendo, moriendo &c.) imo etiam nihil facere potest a se (excluso patre) nisi quod viderit facientem Patrem, quæcunque enim ille facit, hæc & Filius similiter, (una eademque indivulsa actione) facit *Job. V, v. 19. & 30. confer. Job. XIV, v. 9. 10. 11.* Hæc cum ita sint, facile patet, quid habendum sit de eorum sententia, qui statuunt, per *sanctum* illum, a quo hic Christiani unctionem habere dicuntur, intelligi debere *vel Patrem*, qui ab Hebræis peculiariter *Sanctus* dicitur, nos sanctos faciat, & in filio ungat; *vel Spiritum Sanctum*, quippe qui præcise ab Effectu, nimirum a Sanctificatione *Sanctus* dicatur. *vid. Mattheus Polus in Synopsi Bibliorum Criticorum in b. l.* Nimirum licet verum omnino sit, etiam a Patre hanc unctionem spiritualem proficisci, licet etiam recte omnino tota S. S. Trinitas ungens dici queat (confer. *Strauchius l. c. p. 20.*) cum unctio in actu considerata sit opus ad extra, placuit tamen Deo triuni collationem ejusdem fieri debere per mediam S. S. Trinitatis personam, sive per Messiam, (non tamen tanquam per causam instrumentalem & secundariam hujus unctionis, quæ impietas Socini a B. Strauchio

C

l. c.



*l. c. est notata*) quippe qui inter alia & eum in finem, secundum humanam suam naturam, adeo abundanter & redundanter hac ipsa unctione unctus est, ut ab eo, tanquam capite corporis sui mystici (*i. e. ecclesiae*) illa deflueret in membra ejus singula, sicque illa omnia & hoc modo ex ejus plenitudine acciperent gratiam pro gratia. *Job. I, v. 16.* utque ita, quemadmodum a naturali capite motus & sensus per nervos in reliqua membra effunduntur; sic a Christo capite, Spiritus Sanctus, & per illum dona ad salutem necessaria in ejus membra deriventur *Ephes. IV, v. 15. 16.* Quippe (*scil. Messias*) vel eum maxime in finem a Deo nobis factus est *Sacerdos summus*, ut secundum id, quod olim praefiguratum erat in V. T. in unctione Regum & Sacerdotum *1. Reg. I, v. 39. Exod. XXX, v. 30. seqq.* idem & hoc faceret Messias, uncturus nos in spirituales Reges ac Sacerdotes, Deo & Patri suo *Apo. I, v. 6.* ut nimirum & ipse Sanctuarium (*caeleste*) ingrederetur, ex eo oleum caeleste acciperet, idque postea in unguentos effunderet, id quod etiam expressis verbis fecisse dicitur *Act. II, v. 33. confer. Marloratus in b. l. it. Strauchius l. c. De caetero, quo minus Bullingero (apud B. Strauchium l. c. p. 20.) & Episcopo (citato B. Rappoldo. l. c. p. 195. seq.)* statuentibus hic per Sanctum illum intelligendum esse ipsum Spiritum Sanctum, subscribere possimus, obstat nobis *partim* ipsa Scriptura S. quippe quae nusquam ita loquitur: Spiritum Sanctum fideles ungere, sive eos unctionem ab ipso habere, sed potius: fideles eo ungi, *confer. Act. X, v. 38. c. II, v. 17. 2. Cor. I, v. 21. 22. Tit. III, v. 5. 6.* sicque eum non cum ungente, sed cum unguento comparat, uti jam antea pluribus probavimus: *partim (quantum ad Episcopium)* ipse noster textus, quippe qui beneficio praedicatorum personalium satis docet, non sola dona Spiritus Sancti (*quibus Spiritum Sanctum unctionem perscicere Episcopus dicit*) sed simul cum his & ipsam ejus personam hic intelligendam esse. *confer. ea, quae antea ad vocem χρισμα notavimus.*

*καὶ οἰδατε πάντα, ET NOSTIS OMNIA)* omnia scil. non absolute & simpliciter, quaecunque sciri possunt, (*haec enim, unctione quidem Apostolos ipsos docebat*) sed relate & restricte, quaecunque sciri a vobis debent, quatenus salvari vultis; Ita enim v. gr. etiam vox omnia usurpatur *Matth. XXI, v. 22.* ubi Servator dicit: Omnia, quae petieritis (a Patre meo) credite modo & accipietis, hic, inquam, Servator itidem non vult intelligi omnia simpliciter, (poterant enim Christiani etiam aliquid petere, quod esset contra voluntatem Dei, sibi que non conducibile, sed potius noxium, quod sane non accipiunt, nec accipient a Patre caelesti. *Matth. VII, v. 9. 10. 11. Jac. I, v. 17.*) sed potius restrictive pro omnibus illis, quae



quæ peterent secundum voluntatem Dei, quæque ipsis futura essent utilia. confer. de simili usu vocis *Omnia Job. XV, v. 15. 1. Cor. IX, v. 22. 1. Cor. XV, v. 27. &c.* Sensus itaque Apostoli hic est: & nostis omnia, scilicet tam quæ ad salutem sunt vobis scitu necessaria *in thesi, quam* etiam quæ ad vitandos tales impostores, vosque adversus illos muniendos nosse conducit *in antithesi*, nostis omnia, quæcunque nosse circa fidem & mores Christianos oportet, hocque *vel notitia solida, quantum ad adultos, vel notitia catechetica*, quantum ad infantes inter vos. Omnes tamen, sive adulti fitis, sive infantes, sive Clerici sive Laici, sufficienter, pro uniuscujusque statu nostis ac percepistis doctrinam cœlestem, eandemque ab Hæreticorum & Antichristorum modernorum perversis dogmatibus ac matæologiis distingvere satis potestis. Et sane, omnino his verbis eo collimasse Apostolum, ut indicaret, non adeo imprudentes esse eos, ad quos scribebat, ut non distingvere scirent inter nigrum & album, inter curvum & rectum, inter falsitatem diabolicam, veritatemque cœlestem, & inter utriusque Doctores & Defensores, testatur vel ipsa subjecta, de qua ei sermo est, materia, quæ, uti unicuique textum a v. 18. usque ad finem capitis, recte inspicienti constabit, hæc est, ut *partim* taxet Hæreticorum & Antichristorum sui ævi malitiam v. 18. 19. impietatem v. 22. & fraudes v. 26. *partim* fideles ad constantiam in semel agnita veritate adversus hos adhortetur v. 24. *seqq. usq. 29. partim* etiam confidat, fore ut promptissime monitis his suis obsequantur, contra vero Antichristos hos cane & angue pejus fugiant, vel eam præcipue ob causam, quia eos & malitiosus eorum a vera ecclesia secessus v. 19. hujusque divinitus facta prædictio v. 18. & impudicissima mendacia v. 22. & seducendi saltem studium v. 26. a recte docentibus & facientibus ipsorum Doctoribus v. 29. non lateant, sed potius ex experientia & quotidiana *αυτοψία* sint notissima. Quibus omnibus nunc etiam accedit suffragaturque, (*tangquam testimonium vetustissime hujus textus explanationis & intelligentia in ipsa primitiva aetateque Apostolorum immediato secuta ecclesia*) Versio Syriaca, quæ (teste D. Wolfgango Franzio in *Tract. de Interpret. Scr. p. 47. & 56. edit. Ao. 1619.*) si non ab Evangelista quodam, quod tamen volunt non tantum Syri, Marcum ejus Autorem ex avita traditione esse constanter affirmantes *apud Gualperium in Sylloge vocum Exoticarum citatum a Gutbirio in præfatione N. T. Syriaci*, sed & haud obscure B. D. Jacobus Martini in præfatione N. T. Syr. Trostii. *vid. idem ibid.* aut ab Apostolis ipsis, id quod non improbabile videtur Tremellio in præfat. *Paraphrasis Syriaca cit. eodem* certe tamen & absque dubio ab Apostolicis viris, sive ipsis Apostolorum Discipulis,



pulis, & quidem illis, qui Antiochiæ habuerunt ipsos Apostolos præsen-  
 tes, quos de locis multis obscurioribus consulere & audire potuerunt,  
 (confer. D. Jac. Martini l. c.) quique adeo verba Apostolorum recentia  
 adhuc, mentemque optime noverant, fidelissime est conscripta & com-  
 portata, sicque omnino omnium prima, antiquissima, certissima, feli-  
 cissima, purissima, imo divina, aliisque omnibus ut probator & plenior  
 præferenda, juxta D. Jac. Martini & D. Franzium l. c. Quippe quæ, jux-  
 ta eundem Jacobum Martini l. c. operam maxime utilissimam præstat in  
 N. Instrumenti phrasi recte intelligenda & interpretanda, adeo, ut  
 ob antea de ea dicta, ad hanc solam, quando in fontibus græcis quæ-  
 dam occurrit obscuritas vel difficultas, tuto accedatur: quippe quæ sola,  
 quando de loci alicujus interpretatione versioneque dubium movetur,  
 (ob dictas rationes) tuto & sine errore consulatur; per quam solam Græ-  
 cus textus vere illustretur, recteque intelligatur, quippe cujus solius au-  
 toritas proxime ad ipsorum fontium majestatem accedat, teste eodem l. c.  
 Plura ad hanc rem facientia vide in citata præfatione Gusbirii in N. T.  
 Syr. Hæc itaque omnibus, orthodoxis etiam, tantopere & laudata & æ-  
 stimata Versio Syriaca, uti dictum, interpretationi nostræ antea datæ  
 omnino accedit suffragaturque, quippe quæ textum originale[m] ita reddit:

\* ܨܘܦܝܢܝܢ ܘܥܘܠܐܢܝܢ ܘܥܘܠܐܢܝܢ ܘܥܘܠܐܢܝܢ i. e. & separan-

tes, distingventes, definites vos estis, (sive: & separatis, distingvitis  
 & definitis) omnem hominem. Quasi dicat: Sed vos, qui Spiritum San-  
 ctum per verbum prædicatum & Sacramentum Baptismi collatum, acce-  
 pistis, inque gratia regenerationis manentes constanter eundem retinetis,  
 hoc Doctore, inque omnem veritatem Ductore, non potestis non facillime  
 & optime ab his Antichristis vobis cavere, ratio hæc est, quia hujus bene-  
 ficio optime potestis ab invicem separare, interque se distingvere Servos  
 Dei & Servos Diaboli, loquentes veritatem & loquentes mendacium, sicque  
 item prompte definitis apud vosmet ipsos, ac intelligitis omnes eorum  
 fraudes ac machinationes, quidque illis intendant, nimis hoc: ut vos sedu-  
 cant, v. 26. sicque ad exemplum primi Seductoris Serpentis antiqui, in a-  
 stutia corrumpant sensus vestros, ut excidant a Simplicitate, quæ est in  
 Christo. 2. Cor. XI, v. 3. Hinc etiam, hujus de vobis certior factus, pergit:

V. 21. ܘܢܝ ܘܥܘܠܐܢܝܢ ܘܥܘܠܐܢܝܢ, ܘܥܘܠܐܢܝܢ ܘܥܘܠܐܢܝܢ, (NON SCRIPSI  
 VOBIS QUASI IGNORANTIBUS VERITATEM) particulam ܘܥܘܠܐܢܝܢ, Luthe-  
 rus, Hunnius & Vulgata aliiq; reddunt per quasi. Erasmus Schmidius autem,

Rap-



*Rappoldus, Marloratus, Hemmingius*, aliiqve reddunt per *idcirco quod*,  
 vel *quia*, quæ tamen eodem redeunt. Vocem *ἀλήθεια* quod attinet,  
 sumitur illa in S. literis *vel de veritate substantiali*, Jesu Christo ipso,  
*Job. XIV, v. 6. confer. Job. V, v. 33. collat. cum cap. I, v. 26. 27. 29. seqq.*  
*usque 34. vel de doctrina de hac veritate substantiali sive Jesu Christo, i. e.*  
*de doctrina Evangelii*, & omnibus, quæ in illa & de illa unquam a vi-  
 ris *Θεοπνεύστοις* scripta sunt, quorsum itaqve & hæc Johannis nostri Epi-  
 stola, cum illis, quæ in ea continentur, pertinet: de qua vocis *ἀλήθεια*  
 acceptione conferri possunt *Job. I, v. 17. c. VIII, v. 31. 32. c. XVII, v. 17. 2. Cor.*  
*IV, v. 2. Gal. II, v. 5. 2. Thess. II, v. 12. collat. cum Marc. XVI, v. 15. 16. 2. Tim.*  
*III, v. 8. collat. cum Act. XIII, v. 45. 46. 47.* Ultramqve hanc veritatem  
 non ignorabant, sed potius optime, quantum ad salutem sufficiebat,  
 callebant, illi, ad quos tum Apostolus hanc Epistolam mittebat, *quan-*  
*tum enim attinet ad priorem, veritatem scil. substantialem sive Jesum Chri-*  
*stum ipsum, norant eum sam quoad personam, quam etiam quoad ejus offi-*  
*cium; quoad personam, quod nim. in una individua persona esset, & inde*  
*a primo conceptionis suæ, in utero Mariæ virginis momento fuisset si-*  
*mul verus Deus & verus homo, hujus epistola c. I, v. 1. 7. c. II, v. 22. c. III,*  
*v. 8. & 23. c. IV, v. 2. 3. 9. 14. & 15. c. V, v. 1. 5. 6. 7. 9. 10. 13. & 20. confer.*  
*Job. I, v. 1. 2. 14. collat. cum Luc. I, v. 35. Esa. VII, v. 14. c. IX, v. 6. 7. Mich.*  
*V, v. 2. & alibi passim, quoad officium, quod nim. in una individua per-*  
*sona, simul ut Deus & ut homo esset, noster I. Redemptor, qui & ut*  
*Deus & ut homo pro nobis passus esset, sanguinem proprium effudis-*  
*set, eodem nos a peccatis mundasset, sicqve Patri suo reconciliasset, hu-*  
*jus Epistola. c. I, v. 7. c. II, v. 2. c. III, v. 5. c. V, v. 5. 6. quiqve hac sua passi-*  
*one & morte opera Diaboli dissolvisset. b. Ep. c. III, v. 8. II. apud Pa-*  
*tre[m] Intercessor. b. Ep. c. II, v. 1. III. vivorum & mortuorum certo redi-*  
*turus Judex. b. Ep. c. II, v. 28. IV. vite æternæ Dator. b. Ep. c. V, v. 11.*  
*12. 13. quantum vero ad posteriorem, doctrinam scil. de veritate substanti-*  
*ali Jesu Christo ipso, quæ est ipsa doctrina Evangelii, nec hæc eos pote-*  
*rat latere, quippe quæ magnam partem jam in antea dictis comprehensa*  
*est, cumqve reliquis eo pertinentibus articulis omnibus, fidelissime illis*  
*ab Apostolis erat annunciata & prædicata. juxta hujus Epistolæ. c. I, v. 1. 2. 3.*  
*4. c. II, v. 18. 19. 21. 22. 23. 24. c. III, v. 1. 2. 23. 24. c. IV, v. 9. 10. 11. 14. 15.* Et  
 hæc est ea veritas, quam statim ab initio suæ congregationis ex prædicatione  
 Evangelii ipsis facta didicerant, in bono ac honesto corde retinuerant, &  
 sic adhuc norant, e diametro opposita mendacio Antichristorum, de  
 quo postea dicit. Et de hac veritate proprie loquitur, quando dicit: non





seripsi vobis, (scil. hanc Epistolam, & in hac hanc de Antichristis admonitionem) quasi ignorantibus veritatem, sive ideo quod veritatem ignoretis, Minime, sed, uti pergit:

ἀλλ' ὅτι οἴσασθε αὐτὴν *SED QUASI SCIENTIBUS EAM, SIVE QUIA SCITIS EAM*) hoc quasi dicturus: Si veritatem non nossetis, cogitare forsitan possem, vos jam tum, antequam ego hæc scripserim, a falsis Doctoribus esse occupatos, sicque jam tum præconceptis opinionibus falsis laborantes, veritati, quam ego scribo, patulas aures non præbituros, meque adeo incassum hoc meo scribendi opere laboraturum. Jam vero per Dei gratiam contrarium potius verum est, & vos jam tum de veritate solide edocti estis, antequam adhuc hi Anti-Christi ex nobis egrederentur, suumque seductionis opus inter vos aggrederentur, *b. Ep. c. 11, v. 19.* eam etiam recepistis, imbibistis, ac in bono & honesto corde retinistis, & adhuc retinetis. Et hac ipsa de causa, quia hoc pacto certus sum, me operam non perditurum, eo libentius hæc vobis scripsi, saltem ut in memoriam vobis revocem, ea quæ in *thesi* jam tum antea ex nostra institutione (juxta *b. Ep. c. 1, v. 1. 2. 3. & c. 11, v. 24.*) nostis, utque eo firmius veritati semel agnitæ adhæreatis, neque secessione malorum vos perturbari sinatis, quin potius in ea ad finem usque vitæ perseveretis ac proficiatis (*confer. Marloratus ad b. l. it. Matth. Polus in Bibliis Criticis ad b. l.*) Et quia hoc modo veritatem in *thesi* scitis (dicere quasi vult,) dubio procul etiam scietis hoc:

καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας ἐκείνης *ET QUONIAM* (sive: quod etiam) *OMNE MENDACIUM EX VERITATE NON EST.* (sit.) Omne mendacium (dicit Apostolus) ex veritate non est, i. e. nullum mendacium ex veritate est. Omnino enim recte hic notat *Grotius* (*citatus Calovio in Bibl. illustr. ad b. l.*) quod πᾶν, sequente ἐκ, apud Hebræos (*id quod etiam valet apud Syros, uti inter alia & Versio Syriaca hujus loci docet*) græce scribentes (*quales erant utique Apostoli*) universaliter neget, (*idque ex more lingvæ tam Hebraicæ quam etiam Syriacæ. vid. Wasmuth. Hebraismi Restit. p. 298. & Opitius in Appendice Syriacismi Restituti de Idiotismis Syntacticis Syrorum, in Particulis. edit. novissima*) non particulariter, ut apud Græcos. Quando autem mendacii facit mentionem, facile per se patet, sermonem ipsi esse de mendacio non qualicumque veritati opposito, sed de eo mendacio, quod oppositum est veritati illi, de qua modo egerat, quæ erat veritas theologica, in specie evangelicæ & specialissime ea, cui se falsitatibus & mendaciis suis opponebant ejus temporis Hæretici & Antichristi, horum Antichristorum proprie hic



hic innuere vult, mendacium nullum esse & provenire ex veritate, puta evangelica prædicata. Erant autem ejus temporis Antichristorum falsitates & mendacia, veritati paulo ante prolixius enarrata, e diametro opposita, & ad quæ dubio procul Johannes hic respexit, innuendo eorum nullum, ex veritate evangelica prædicata esse, sequentia: I. Jesum Nazarenum ex Maria virgine natum, nec esse, nec inde a primo conceptionis momento unquam fuisse, in una individua persona ipsum Christum, sed potius Jesum & Christum esse duo inter se omnino distincta, ita quidem, ut Jesus fuerit purus & nudus homo, & communi generationis lege Josephi & Mariæ filius; sapientia tamen, prudentia, justitia, & virtutibus reliquos homines antecelluerit; Christus autem fuerit aliquid spirituale, quod demum statim post baptismum, a principalitate, quæ est super omnia, (i. e. a Deo) in hunc Jesum nudum hominem, specie columbæ descenderit, ei incognitum Patrem annuciaverit, per eum virtutes & miracula fecerit, quodque deinde iterum cum Jesus pati deberet, ab eo avolarit, & sic II. Jesum ut nudum hominem tantum passum esse, Christum autem (sive illud spirituale, quod desuper in Jesum descendisset saltemque ad tempus in illo mansisset) impassibilem permanensisse, quippe qui spiritualis fuisset. Quare III. hujus nudi hominis sanguine & passione, homines non posse a peccatis mundari, Deo reconciliari, sicque per eum Jesum salutem adipisci, sed potius salvari volentibus, ad hoc ipsum necessariam esse observationem legis Mosaicæ. IV. Christum post mortuorum resurrectionem erecturum regnum terrenum, in quo cives ejus Hierosolymis essent victuri, & cibo, potu, reliquisque voluptatibus corporalibus per mille annos perfruituri. Quibus tamen alii contradixere, contententes: resurrectionem mortuorum plane nihil esse, & talem nunquam esse futuram, juxta 1. Cor. XV, v. 12. vel si tamen aliquid sit, eam jam tum esse factam, juxta 1. Tim. 1, v. 20. & 2. Tim. 11, v. 17. 18. contententes hoc modo quidem resurrectionem spiritua-lem, quæ est animæ in conversione a morte peccati, quamque sequitur, in novitate vitæ ambulatio; (vid. Balduinus Commentar. in Epistolas Paulinas. p. m. 1262. B. f. seq. & p. 1423. seq.) negantes vero resurrectionem corporalem sive carnis, quo ipso non possunt non simul negari & plane tolli ipsum etiam extremum judicium & retributio in propriis corporibus. vid. id. ibid. V. nonnullorum etiam mendacia tum temporis hæc erant: vel plane non esse Christum, Epist. Jude. v. 4. vel si esset, non tamen esse æternum, sed tum demum cœpisse, cum Jesus nasceretur. VI. Filium Dei non esse salutis nostræ autorem, sed per Angelos viam patere ad Patrem, quippe per quos ad Patrem ducamur, quique adeo loco Christi Servatores essent habendi



bendi, quales, quod tum temporis fuerint, testatur *Theophilactus*, citatus  
*Balduino*. l. c. p. m. 1080. vide de his *Anticristorum mendaciis & falsitati-*  
*bus omnibus prolixè Centurias Magdeburgenses*. Centur. 1. libr. 2. cap. 5. col.  
 371. seqq. edit. Basil. & confer. quantum ad nonnulla. *Rappoldum* in *Com-*  
*mentario* in 1. *Job*. II, v. 22. & *Calovium* in *Bibl. illustr. N. T.* Tom. 2. p. 1622.  
 seq. Hæc itaque omnia ac singula talia crassa erant mendacia, ut etiam illi,  
 qui vel a limine saltem salutarant veritatem cœlestem, libris *Θσόνυς* οἰς  
 comprehensam, vel etiam mediocriter saltem eam ex evangelica prædi-  
 catione hauserant & retinuerant, facillimo negotio intelligere ac judicare  
 possent, horum nullum ex veritate divinitus revelata esse & provenire, sed  
 potius a Patre omnis mendacii, Diabolo ipso, qui mendax est ab initio *Job*.  
*VIII*, v. 44. *Gen. III*, v. 4. 5. Nam (ut hæc, præter ea, quæ jam tum antea ad  
 probandam thesin orthodoxam satis superque allata sunt, adhuc ex abundan-  
 tiæ, & saltem ad retundendam subinde *Anticristorum istorum*, verborum  
*Scripturæ Ψυδσπυνεῖα*, quantum ad Imum, in faciem id contradicit *Spiri-*  
*tui S.* per *Mattheum* (quem ipsi tamen ut *Scriptorem Θσόνυς* οἰς accipie-  
 bant, cum *Mose* & *Prophetis*. vid. *Centur. Magd.* l. c. col. 372. & 373.) te-  
 stanti: Mariam matrem Jesu, inventam esse in utero habentem de *Spiritu*  
*Sancto*, antequam adhuc a *Josepho* assumeretur, idque juxta pronuncia-  
 tum *Angeli Luc. I*, v. 35. & prædictionem *Esaïæ*. c. *VII*, v. 14. hincque *Jo-*  
*sephum* per *Angelum Domini* hac de re edoctum, eam non cognovisse car-  
 naliter, donec peperisset filium suum primogenitum. *Matth.* 1, v. 18 seqq.  
 Quod quidem adeo verum est, ut & scelerati nebulones spurii *Judæi ipsi*,  
 Mariam antequam a *Viro* sibi desponsato assumeretur, gravidam fu-  
 isse fateantur, sed malitiose nescire volentes, hoc non ex virili semine fu-  
 isse, nec per dictum *Esa.* *VII*, v. 14. esse potuisse, occasionem inde sumant  
 blasphemio ore sanctissimum *Jesum* spurium appellandi, vid. *Wagenseil.* in  
*Telis igneis Satanae*, in *Libro Toldos Jesebu*. p. 5. quorum blasphemiam  
*Satanas* increpet, imo certo certius in extremo die increpabit, cum, sed  
 nimis fero videbunt, tanquam *Judicem* in gloria summa, quem blasphemia  
 sua lingua adeo nefande transfoderunt. *Zach.* *XII*, v. 10. Et quæ fronte  
 mendaces isti asserere potuerunt, demum in baptismo, *Christum* in *Jesum*;  
 idque specie columbæ, descendisse, eiq; incognitum *Patrem* annunciasse?  
 Nonne exertis verbis *Jesus* recens natus ab *Angelo ipso* dicitur *Salvator*  
 qui sit *Christus Dominus*? *Luc. II*, v. 11. nonne *Christus* expresse dicitur  
 nascendus in urbe *Bethlehem*? *Matth. II*, v. 4. 5. & *Mich.* *V*, v. 2. imo  
 nonne ipse *Johannes Baptista* ipsum *Christum* vocavit, etiam jam tum an-  
 tequam *Christus* ad eum venit baptismumque ab eo petiit? *Matth. III*, v.



3, 11, 12. collat. cum Job. 1, v. 20. 26. 27. 29. 30. Verum est, mentio quidem  
 sit alicujus, qui in specie columbæ post baptismum Jesu, in eum descende-  
 rit, & super eum venerit. At is non vocatur Christus, sed potius Spiritus  
 Dei, sive Spiritus Sanctus, & nihil fuit aliud, quam ipsa tertia S. S. Trinita-  
 tis persona, qua cum alibi hic noster Jesus Christus unctus dicitur. vid.  
 Matth. III, v. 16. Actor. X, v. 38. Esa. LXI, v. 1. Et quomodo mendaces  
 isti dicere potuerunt: tum demum Jesu nostro Patrem ignotum annun-  
 ciatum esse? nonne ipse Jesus anno ætatis duodecimo jam tum factus est,  
 se hunc Patrem nosse? Luc. II, v. 49. Imo qua conscientia dicere potue-  
 runt: Christum a Jesu cum pati deberet iterum avolasse, cum ipse Jesus  
 in media etiam passione se Christum Filium Dei esse fateatur Matth.  
 XXVI, v. 63. 64. talisque & in morte fuisse dicatur. Matth. XXVII, v. 54.  
 55. Quantum ad IIIdum, contradicit id itidem e diametro verbis ipsius  
 Christi Luc. XXIV, v. 26. & Prophetarum. Dan. IX, v. 26. Zachar. XII,  
 v. 10. & Apostolorum, testium oculatorum. Actor. III, v. 15. 1. Cor. XV,  
 v. 3. usque 6. Quantum ad IIIIum, oppositum id est veritati divinæ  
 infallibili Esa. LIII, v. 5. 6. 11. 12. 13. Matth. I, v. 21. Actor. IV, v. 12. c. XX,  
 v. 28. 1. Job. I, v. 7. Quantum ad IVtum, adversatur id itidem verbis  
 ipsius substantialis veritatis, Christi. Job. XVIII, v. 36. Matth. XXII, v. 30.  
 Rom. XIV, v. 17. Job. V, v. 27. 28. 29. Matth. XXV, v. 31. usque 46. Quantum  
 ad Vtum, est hoc expresse contra verbum Θεόπνευστον, Psalm. II, v. 1. 6. 7.  
 seqq. Dan. IX, v. 24. 25. 26. Mich. V, v. 2. Quantum ad VIum, repugnat  
 illud ori veritatis ipsius. Job. XVII, v. 3. c. XIV, v. 6. confer. Luc. II, v. 11.  
 30. & 31. &c. Adeo nullum omnium horum mendaciorum est ex veritate  
 divinitus revelata, & per Christum, virosque Θεόπνεύστους Prophetas, Ev-  
 angelistas & Apostolos prædicata. Quare omnino rectissime pergit A-  
 postolus:

V. XXII. Τίς ἐστὶν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνέμενος ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν  
 ὁ Χριστός; **QUIS EST MENDAX, NISI IS, QUI NEGAT**  
**QUONIAM JESUS EST (sive quod Jesus sit) CHRISTUS)** interrogan-  
 do progreditur Apostolus, ut significet, rem quam jam proponat esse sin-  
 gularem, claram & per se manifestam, quæ facile cognosci & intelligi pos-  
 sit, idque secundum usitatum Scripturæ, in talibus significandis, morem.  
 confer. Esa. LXIII, v. 1. 2. 1. Pet. III, v. 13. &c. & Rappoldum l. c. p. 204. Cæ-  
 terum quod attinet duplicem negationem, quæ in textu Græco (sive quod &  
 Syriaca Versio imitatur) hic reperitur (ita enim ad verbum textus, latine  
 redditus fluere: nisi qui negat, quod Jesus non sit Christus:) ea, uti alias

D

etiam



etiam apud Græcos fit, fortius hic negat, ut adeo sensus verborum hic sit: nisi qui negat, & quidem constanter, quod Jesus plane non & nullo modo sit Christus. Et qui hoc facit, eum præ reliquis vult esse Mendacem & deteriorem & pestilentiozem, ita enim comparate debent interpretari voces *ἰσχυρῶς* nisi, non vero exclusive, quasi talem solum mendacem esse voluerit, minime, possunt enim & alii hæretici esse, & tum re ipsa quoque erant, qui licet Jesum, Christum esse confitebantur, tamen alio modo mendaces erant, quales v. g. erant Nicolaitæ, contra veritatem revelatam asserentes: uxores oportere esse communes, mœchari esse rem indifferentem, &c. *vid. Centur. Magdeburg. Cent. I. L. 2. cap. V. col. 373. & Confer. Apoc. II. v. 6. 15. & falsi Apostoli, contra veritatem varie mentientes. vide Ador. XV. v. 1. & 5. Col. II. v. 20. 21. 22. 23. Ep. Judæ v. 8. 12. 1. Cor. XV. v. 12. &c.* Præ tamen his omnibus pestilentissimi erant illi, qui Jesum Christum esse negabant, quippe qui ipsum fundamentum salutis evertere conabantur hoc suo mendacio, adeoque optimo jure, mendaces κατ' ἐξοχήν tales nominandi. Neque tantum illi erant mendaces pestilentissimi, sed & impudentissimi, qui contra veritatem mentiebantur apertissimam, hujus intuitu itaque dicit Johannes: Quis est mendax, nisi is, qui negat: quod Jesus sit Christus. Hoc dicitur: (*juxta Esium, cit. Calovio, in h. l.*) Si hic non est mendax (*nim. qui negat Jesum esse Christum*) nescio fane, quis meliori jure mendax dici & esse posset? negat enim veritatem non tantum antea divinitus prædictam, sed & factio ipso jam comprobata: Vere enim Jesus se exhibuit ut filium Dei. *Rom. I. v. 4. imò ut Christum. Matth. XI. v. 2. 3. 4. 5. Collat. cum Esa. XXXV. v. 5. c. XI. v. 1. faciendo talia opera, qualia nemo ante eum nec fecerat nec potuerat facere unquam, quorum sum & resurrectio ejus a mortuis spectat. Job. XV. v. 24. quorum operum testes oculati tum temporis adhuc multi erant superstites. 1. Cor. XV. v. 6. & 1. Job. I. v. 1. 2. 3. c. IV. v. 14. & tamen contra hos tam impudenter nonnullæ ejus temporis hæretici mentiebantur: Jesum non esse Christum. Contra cujus mendaciæ assertorem & Defensorem unumquemque hinc merito pergit Apostolus:*

*ὁὗτος ἐστὶν ὁ ἀντίχριστος* **HIC EST ANTICHRISTUS**)  
 i. e. Juratus Hostis Christi, qui se Christo opponit, ejus personam, officium, dignitatem, gloriamque, quæ tamen in Scriptura Sacra, eo modo, uti de illis docti essis, solidissime fundata sunt (*vid. quæ ad initium v. 21. notavimus*) impugnat, sicque quamvis non quidem sit illa magnus Antichristus, quem adhuc venturum esse dixi. *b. c. v. 18. homo ille perditionis*  
 &



& filius peccati, de quo 2. *Theff.* II. v. 3. 4. 9. & 10. sermo est, est tamen ejus prælusor & Præcursor, in quo velut embryo Anti-Christus ille magnus delitescit, quales hodie sunt *Ebion* & *Cerinthus*, Autores & Patroni quatuor priorum istorum mendaciorum, quæ in versu præcedente & allegavimus & refutavimus, confer. *Centuriatores l. c.* item Falsi Apostoli, Autores & Patroni mendaciorum antea adductorum & refutatorum *Vii* & *Vlti* & Adstipulatores simul etiam ex parte Mendaciorum modo dictorum *III*ti & *IV*ti. *vid. iterum Centuriatores l. c.* Quique hinc certo modo participant de delicto ipsorum Pseudo-Christorum, licet enim non dicant se ipsos esse Christos, quod faciunt Pseudo-Christi, tollunt tamen æque ac Pseudo-Christi, verum Christum, falsumque loco ejus substituunt, dum vel Jesum negant esse Christum, eo modo, quo in adducto mendacio Imo dictum, vel tamen Jesu hujus nostri officium & beneficia aut prorsus tollunt, aut saltem perperam de illis sentiunt, ut docent sequentia mendacia supra adducta. Et hoc dubio procul intendit versio Syriaca, quando ver-

ba hæc: ἄτος ἐστὶν ὁ ἀντίχριστος ita reddidit: **ⲁⲛⲏⲧⲓⲥⲏⲧⲓⲥⲏⲧⲓⲥⲏ**

\***ⲁ** i. e. & hic est Messias sive Christus mendax, sive fallax, quæ

verba talia orthodoxis bifariam possunt accipi, (1) quidem ita: & hic (puta qui dicto modo in adductis mendaciis, partim quoad personam, partim quoad officia & beneficia sua, ab istis Anti-Christis descriptus est, non est verus, & talis, qualis in verbo Dei prædictus & descriptus est, sed est fictus, & a Spiritu fanatico originem trahens) mendax sive fallax Christus. (2) & quidem convenientius, ad verba textus originalis, ita: & hic est Messias mendax sive fallax, scil. quæ mores, spiritum & ingenium spectatus, quippe quæ cum Pseudo-Christo hi Anti-Christi habent communia, ad unumque scopum tendentia, qui utrisque est mendaciis his suis pios fallere, eosque a vero Christo abducere, sicque quantum ad hoc, nihil aliud sunt, quam (personatus) Messias fallax, sive Pseudo Christus. Alio autem modo, quo minus hæc verba: ἄτος ἐστὶν ὁ ἀντίχριστος possint accipi (puta de ipso Pseudo-Christo, uti v. gr. accipitur *Matth.* XXIV. v. 24.) prohibet discrimen, quod est inter Pseudo-Christum & Anti-Christum, quorum ille est, qui se ipsum Messiam dicit aut facit, quales fuere temporibus Apostolorum **SIMON MAGUS**, (qui dicebat: se ipsum esse Christum, & hominis figuram assumpsisse duntaxat, & passum in Judea putatum, cum non esset passus, teste *Irenæo*, citato a *Centuriatoribus l. c. col. 369.*) & post tempora Apostolorum, **Judaus** quidam nequam **BAR. CHOCHABH**, de quo

D 2

vid.



vid. Synagoga Judaica Buxtorffii. p. m. 645. seqq. Hic vero, s. Antichristus est, qui se tantum vero Christo opponit, ejusque, uti jam dictum, personam, officium, dignitatem gloriamque impugnat (vid. Calov. in Bibl. Illustr. ad b. l. p. 1618.) De quo posteriore cum loquatur clara textus originalis litera, versio nulla ei est opponenda, utut alias (Et ibi cum primis, ubi textus originalis tam clarus non est,) laude & auctoritate sua non defraudanda, Quando autem Apostolus pergit:

Ὁ ἀρνέμεν ὁ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν. **QUI NEGAT PATREM ET FILIUM**) hoc dicere vult: Tantam esse hujus hæreseos Anti-Christi malignitatem, ut hac ipsa tollat simul omne id quod Deus est, sicque plane fiat atheus, nam licet externe etiam confiteatur se credere Deum Patrem & Creatorem omnium, decipi tamen ipsum in hac sua fide & confessione, ratio hæc est: quia non datur Pater, nisi qui est in Filio Jesu Christo, hi enim duo (Pater & Filius) adeo arcte conjuncti dicuntur, ut etiam ipse Filius dicat ad Philippum: Qui me videt, videt Patrem. Non creditis, quod ego in Patre, & Pater in me sit? Job. XIV. v. 9. & 10. confer. c. XVII. v. 21. & hoc propter ὁμοσίαν sive indivisam essentiae seu Deitatis communionem, & ex ea resultantem intimam *περιχώρησιν*, sive *ἰνυπαεξίῳ* mutuam & singularissimam, qua juxta verba Christi una persona per modum *consubstantialitatis*, est in alia, ut loquuntur nostri Theologi. vid. Rappoldus in b. l. Quæ cum ita sint, omnino sequitur, quod Johannes vult, nim. Antichristum, qui neget Jesum esse Christum, negare & Patrem & Filium, sunt enim relata Pater & Filius, quorum si unum negetur, alterum stare certe (uti notum est) non potest. Nec hoc solum, sed & hoc ipso tollitur etiam ipse Spiritus Sanctus, quippe qui itidem relationem habet ad Patrem & Filium, a quo utroque spiratur, confer. Job. XV. v. 26. Gal. IV. v. 6. 2. Thess. II. v. 8. Ef. XI. v. 4. illis ergo negatis, necessario negatur & hic, sicque per consequens Antichristus, qui contra clara Scripturæ dicta Matth. XVI. v. 16. Luc. II. v. 11. Act. XVIII. v. 28. Jesum esse Christum, negat, negat totam S. S. Trinitatem, sicque vere, extra Christum constitutus, (ut antea dixi) est atheus. vid. Eph. II. v. 12. Sed ut jam probet Johannes id quod modo dixerat, nimirum eum, qui neget Jesum esse Christum, esse Antichristum, qui eo ipso simul neget Patrem & Filium, pergit:

V. XXIII. Πᾶς ὁ ἀρνέμεν ὁ τὸν υἱόν, ὃς τὸν πατέρα ἔχει, **OMNIS QUI NEGAT FILIUM, NEC PATREM HABET**) Hoc dicturus: Neque sine causa dixi Antichristum ejusmodi simul & Patrem & Filium negare; Nam primo notum est: Non alium Dei Filium agnoscere &

expe-



expectate Judæos, quam Christum seu Messiam sibi promissum, ex confessione ipsius eorum Sacerdotis Summi *Matth. XXVI. v. 63.* notum etiam est, hunc ipsum Messiam certo esse Jesum, uti non tantum ille ipse confessus est, *ib. v. 64.* sed & multis modis id demonstravit *Matth. XI, v. 3. 4. 5. coll. cum Esa. xxxv. v. 4. 5. C. LXI. v. 1. Job. xv. v. 24. Actor. II. v. 22. 23.* Qui itaque hunc Jesum Filium Dei esse negat, plane negat esse Filium Dei. (*quia extra hunc Filius Dei, puta naturalis, non datur*) Qui autem negat esse vel dari Filium Dei, ille sibi imaginatur (*contra expressum verbum Dei Ps. II. v. 7.*) Deum qui non genuerit Filium sibi ὁμοῦσιον & coæternum, sicque nec Patrem habet (*puta in fide sive in corde suo*) sive quod idem est, vi relatorum nec Patrem esse credit. Nam Pater & Filius ut in essentia Deitatis distrahi non possunt (*vid. i. Job. V. v. 7. Job. X. v. 30.*) sic nec in cognitione & cultu possunt a se invicem separari. *Job. XIV. v. 9. 10. 11. C. V. v. 23. Confer. Hunn. in b. l.* Imo talis plane nullum Deum habet. Ratio hæc est: quia talis Deus, qui Filium non habeat, in rerum natura plane non datur, teste Scriptura tam V. quam N. T. Cæterum quod hic ad finem hujus versus reperitur additamentum in Versione Syriaca, his verbis conceptum: **ܘܢܝܘܢܐ ܕܘܢܝܘܢܐ ܕܘܢܝܘܢܐ ܕܘܢܝܘܢܐ**

\* **ܘܢܝܘܢܐ** i. e. Quisquis confitens est (*confitetur*) Filium, etiam Patrem confitens est, (*confitetur*) quodque habetur etiam in nonnullis codicibus Græcis, qualis dubio procul & is fuit, juxta quem confecta est versio vulgata, quæ hic itidem addit hæc verba: qui confitetur Filium, & Patrem habet, quodque itidem reperitur (*teste Calovio in Bibl. Illustr. ad b. l. apud Cyrillum l. IX. in Job. c. 47.*) id non opus est, ut cum *Estio* statuamus, olim fuisse partem textus, sed excidisse ex Græcis codicibus oscitantia Scriptoris, propter ὁμοιοτέλεστον hujus partis cum præcedente. Quandoquidem salva orthodoxia, & omnino maxime probabiliter dici potest, quod quantum ad versionem Syriacam, illud a versionis Autore in ea additum sit, ut contraria juxta se posita magis elucescerent) *idque ex ipsis verbis Salvatoris. Matth. X. v. 32. collat. cum Job. XIV. v. 7. 9. 10. & 11.*) sicque confirmationis & explicationis ergo; id quod etiam nec alias huic versioni insolitum est, uti inter alia doceri potest ex *Matth. VI. v. 1.* ubi Syriaca itidem ad vocem **ܘܢܝܘܢܐ** addidit vocem **ܘܢܝܘܢܐ** ad indicandum & explicandum, quis per Spiritum, qui duxerit Christum in desertum, in-



telligendus sit, nimirum non Spiritus malignus, sed Spiritus Sanctitatis (*s. sanctus*). Quantum autem ad paucos illos codices MSS. Græcos, in quibus addita reperiuntur hæc verba: ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα ἔχει, dici optime potest (*id quod placet B. Calovio l. c. ut & Marlorato ad b. l. & aliis*) ea esse anacrotata primum a lectore quodam populi in codice quodam, a quo cum deinceps alius descriptus esset, irrepsisse sic in contextum. Qui tamen codices (*hæc verba habentes*), cum saltem sint pauci, & non ultra quinque, uti colligi potest ex *Bibl. Criticis Matthei Poli ad b. l.* hinc quovis sapiente iudice præjudicare non poterunt codicibus cæteris, numero & autoritate potioribus, quibus *Oecumenius* ad stipulatur, illa non legentibus, quæ sententia est *B. Calovii l. c.* Quoniam itaque, uti perceptum hæcenus satis est, adeo impia, erronea ac perniciofa est modo memoratorum Antichristorum doctrina, ideoque pergit Apostolus:

V. XXIV. Ὑμεῖς ἔν ὃ ἡκίστατε ἀπ' ἀρχῆς, ἐν ὑμῖν μείντω. **VOS** (igitur) **QUOD AUDISTIS AB INITIO, IN VOBIS PERMANEAT.** **VOS** **IGITUR**, inquit, alloquens fideles, **QUOD AUDISTIS**, scil. ex nostra annunciatione & prædicatione. *cap. I. b. Ep. v. 2. 3.* **AB INITIO** scil. prædicationis Evangelii apud vos, & institutionis vestræ in fundamentis Religionis christianæ, a nobis, veris Christi Apostolis factæ, *confer. b. Ep. c. II. v. 7. c. III. v. II.* **IN EO**, tanquam antiqua veritate, **MANETE**, & ceu radicati, & confirmati fide, sicut didicistis, perseverate. *Col. II. v. 7.* adeo, ut id fixum sit in cordibus vestris, altasque in eo agat radices, quibus extrahendis, vosque de constantia in semel agnita veritate movenda, nec Satanæ ipse, nec quivis ejus Apostoli pares sint, ita, inquam, in eo manete, sive (*quod idem est*) firmiter id retinete. (*confer. de simili vocis μείντω usurpatione. Job. VIII. v. 31. 2. Tim. III. v. 14.*) nec quicquam curate, quin potius cave ac angue pejus fugite ea dogmata, quæ post demum contra primam illam Apostolicam doctrinam, Satanæ (*tanquam jurati veritatis hostis*) astu exorta & introducta, (*sicque non antiqua veritas, sed nova signata, veritatisque, quæ non ita mutatur, sed semper eadem manet, pessima perversiones*) sunt. *confer. Ebr. XIII. v. 9. Eph. IV. v. 14. & Hunnium ad b. l.* Quod si feceritis, (*dicere quasi vult*) insignem certe hujus vestræ constantiæ fructum sentietis. Nam pergit:

Ἐὰν ἐν ὑμῖν μείνη ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἡκίστατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ μείνητε. **SI IN VOBIS PERMANSERIT, QUOD AUDISTIS AB INITIO, ET VOS IN FILIO ET PATRE MANEBITIS)**



*BITIS*) i. est, non tantum eritis conjunctissimi Filio & Patri, summoque eorum favore & amicitia fruemini, sed & quoad ipsam substantiam & illorum & vestram, eritis invicem mystice ac arctissime conjuncti & uniti, ita quidem, *UT FILIUS* (quem hic Patri præponit, ad indicandam ejus cum Patre *ὁμοσίαν* & æqualitatem, quæ omnem prioritatem dignitatis inter eos tollit) *ET PATER* (non excluso Spiritu Sancto, quia enim hi tres unum sunt, sua sponte sequitur, quod ubi in operibus ad extra una vel duæ harum personarum nominentur, ibi tertia non possit abesse, sed omnino potius simul sit subintelligenda) apud vos & in corde vestro substantialiter etiam mansionem facturi, ac quasi in templo proprio habitaturi sint *confer. Job. XIV. v. 23. 1. Cor. III. v. 16. 17.* contra vero & vos recipere mansuri & victuri sitis in ipsis, *confer. Job. VI. v. 56. 1. Job. I. v. 3.* ceu palmites in vite *Job. XV. v. 1. 4. 5.* sicque futura sit communio inter vos, quæ posita est non tantum in donorum communicatione, sed & substantiarum, Dei & hominum, (*præter communem illam, de qua Act. XVII. v. 28.*) peculiari approximatione & indistantia, facta ex parte Dei per vehiculum verbi, quo vehi vult in corda hominum. *Joh. XIV. 23.* Quæ unio hinc dicitur *Substantialis*, non a modo unionis, sed a terminis, *Accidental*, non a terminis, sed a causis (*voluntate nempe & ordinatione Dei*) *Spiritualis* a causa & modo proprio, quod per Spiritum Sanctum gratiose nos inhabitantem, & modo supernaturali & spirituali, non carnali, per contactum & infusionem perficiatur. *Non personalis*, hæc enim solius Christi est, gignitque denominationes & prædicationes personales, qualis & hæc est: Dominus gloriæ crucifigitur; Cum contra mystica unio tantum gignat prædicationes & denominationes causales, uti v. gr. *Gal. II. v. 20.* vel Metonymicas, uti v. gr. *Matth. XVIII. v. 5. c. XXV. v. 35. 36. & 40.* non essentialis (*scil. quoad modum*) si nobis res sit cum Osiandristis, Schwenckfeldianis & Weigelianis, omnino essentialis (*scil. quoad objectum & terminos*) si scilicet de ea disputandum nobis cum Pontificiis & Calvinianis, (*Verba sunt Theologi omnino gravissimi B. Rappolti, Theologia Aporistica Jobannis. p. 20. quæ ad rei maxime arduæ explicationem solidiorem ac luculentiorẽ huc transferibere, omnino utile fore arbitratus sumus.* Quam amicissimam arctissimamque unionem, nunc non potest non etiam sequi omnium bonorum, omniumque beneficiorum participatio, (*Amicorum enim omnia sunt communia*) quæ participatio quoad prægustum quidem, quantum ad hanc vitam sufficit, fit ac sentitur in, ac per modo dictam unionem mysticam etiam jam tunc in hac vita, multo tamen plenius ac perfectius fiet ac sentietur, in ea (*quorsum omnia, quæ Deus*

*habet*



hac in vita, & propter fideles suos & cum fidelibus suis, & egit & adhuc agit, unice collimant) vita æterna. Quorsum etiam Apostolus respicit, quando pergit:

V. XXV. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἰπαγγελία, ἣν αὐτὸς ἐπηγγείλατο ἡμῖν, τὴν ζωὴν αἰώνιον. **ET HÆC EST REPROMISSIO (promissio) QUAM IPSE POLLICITUS EST NOBIS, VITAM ÆTERNAM M.)** Hoc dicturus: Et hæc (scil. unio mystica, de qua modo dixi) est illa promissio, quam ipse (scil. Christus) promisit nobis, (nim. Job. XIV. v. 23.) promittens nobis (ita enim hoc verbo ex nomine oriundo sensum impleri vult B. Calovius, ad b. l. dicitque hoc pacto constructionem fieri ordinariam, ac omnino facilem, quod & certissime ita est) vitam æternam, certo certius scil. hanc unionem secuturam, (quam consecutionem supra v. 24. indicaverat per particulam ἵνα, quæ ibi non erat causalis designans causam, sed συλλογιστικὴ, designans consequentiam, & conditionem ordinis, quam hac in re Deus observari velit. vid. Roppoldus l. c. p. 219.) dummodo saltem ad finem usque vitæ in ea permanserimus, & non propria culpa finaliter ea exciderimus. vid. Job. VI. v. 56. coll. cum v. 54. c. XV. v. 6. Jam denique ad finem hujus materiæ, quam de Anti-Christis sui temporis hætenus paulo fufius tractaverat, properans Apostolus, addit, quare hanc materiam adeo solícite hic pertractare voluerit, idque verbis seqq.

V. XXVI. Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν περὶ τῶν πλανῶντων ὑμᾶς. **HÆC SCRIPSI VOBIS DE HIS, QUI SEDUCUNT VOS.)** Hoc dicturus: Hæc, quæ hætenus vobis scripsi, non profecta sunt ex diffidentia erga vos concepta, minime! sed potius ex odio malitiæ adversariorum, studioque adversus hos vos ad eo majorem vigilantiam adhortandi, quandoquidem ipsi nihil aliud intendunt antea citatis suis mendacijs, quam ut vos (a simplicitate, quæ est in Christo 2. Cor. XI. v. 3.) seducant (ad stultitiam. i. Timoth. I. v. 5. 6. 7. quales sunt hujus temporis Hæretici & Anti-Christi, EBION & CERINTHUS, cum omnibus suis asseclis, de quibus & eorum, veritati oppositis mendacijs, vide quæ antea diximus, ad v. 21. Cæterum quod omnino rectissime verbum *seducunt* de intentione seducendi interpretari liceat, patet etiam ex alijs Scripturæ locis, in quibus itidem aliquid fieri simpliciter dicitur, & tamen, id saltem intendi, non vero plane ex voto semper perfici (certis de causis) posse, facile intelligitur, confer. Gal. V. v. 4. Apoc. XII. v. 9. &c. Accedit, quod etiam ob unctionem, quætenus scil. eam in se manentem, habebant & retinere quoque studebant, hi, ad quos Johannes scribebat, seduci non possent, quamvis etiam dici non repugna-







deretur) eadem ipsi iterum in explicatione addita a viets orthodoxis est, Sequitur nec nos injuriam textui præsentis, quantum ad constructionem, difficiliori, facere, si hic ellipsin vocis *ἐάν* (auctoritate nixi versionis Syriacæ) statuamus, eandemque eidem iterum in explicatione addamus. Sed prius est, probaturque ex *Notis & Animadversionibus in N. T. Erasmi Schmidii* p. 1186. 1199. 1277. & 1410. ubi in locis. *Phil. I. v. 21. Coll. I. v. 9. 2. Tim. III. v. 8. & Epist. Jude. v. 7.* esse ellipsin particule *κατά* dicit, & eandem in explicatione iterum addit. it. p. 1420. ubi in *Apoc. I. v. 15. 16.* notat suppletque ellipsin vocis *ἢ* confer. quæ ad præced. v. 25. ex mente B. Calovii, ad falicitandam, quæ ibi occurrit, constructionem diximus. Erit itaque & postterius. Et hæc de constructione textus. Quod autem jam porro attinet ad illius explicationem, καὶ hic ponitur adversative pro Sed, uti *Luc. XXI. v. 18. Job. XVI. v. 32. Actor. X. v. 23. vid. Erasmus Schmidius in Notis in N. T. ad hæc loca. p. 614. 739. & 851.* per vocem *VOS* intelligit eos, ad quos scribit, qui erant tales homines, qui ex Deo erant *1. Job. IV. v. 4. & credebant in nomen Filii Dei (Jesu Christi.) c. V. h. Ep. v. 13.* qui nulli sunt alii, quam veri Christiani per *UNCTIONEM*, intelligit Spiritum Sanctum, ad instar olei & ungenti pretiosissimi in Christianos omnes, *partim* per baptismum, *partim* per verbum prædicatum, cumque devota attentione susceptum, effusum *Tit. III. v. 5. 6. Job. III. v. 5. 2. Cor. I. v. 21. 22. Actor. X. v. 44.* per *EUM, a QVO* hanc unctionem accepere Christiani, intelligit Christum, juxta *Job. XV. v. 26. c. XVI. v. 7. &c.* uti hæc omnia fusius probata sunt in illis, quæ ad præcedentem V. 20. notavimus, ubi vide. Vox *μάνεις* a vulgata redditur maneat, sicque imperative, (uti sæpe usurpatur *Conjunctivus*) vel optative; verum in textu originali est præsens Indicativi, & reddendum per *MANET*, quod hic æquivollere potest verbo *est* uti & alias v. gr. *Job. XIV. v. 17. 1. Job. III. v. 14. confer. Rappold. ad b. l.* estque adeo hæc vox Apostoli vel bene ominantis, quæ ominatur fore, ut hi ejus Auditores in fide & gratia regenerationis sint mansuri, sicque & Spiritum Sanctum apud ipsos mansurum, eosque contra omnes Antichristorum seductiones satis muniturum *vid. Hemmingius ad b. l.* Vel etiam esse potest *consolantis*, quæ & se ipsum & eos etiam adversus fraudes & tectas insidias horum Antichristorum consolatur, hoc quasi diciturus: sed non est, ut velego vel & vos ipsi nimium sitis solliciti, quasi hi impostores aliquid contra vos, qui in fide estis, & in ea etiam manere constanter desideratis, sint obtenturi, manet enim in vobis Spiritus Sanctus, Spiritus veritatis, (omnes mendacis nebulas procul pellens) in æternum, juxta Christi promissum *Job. XIV. v. 16. 17.* sicque a vobis, quam diu hanc tenetis mentem, non recessurus. Qui ipse Spiritus Sanctus,



Sanctus, cum eos, in quibus est, simul doceat de omnibus, suggeratque antea a Christo & ejus ministris dicta *Job. XIV, v. 26.* sicque in omnem veritatem ducat. *c. XVI, v. 13.* hinc pergit Apostolus:

Καὶ ὃ Χρῆσται ἰχθῆσαι τῆς διδασκῆν ὑμᾶς. **ET NON NECESSE HABETIS UT ALIQUIS DOCEAT VOS**) Non hoc dicit ideo, quasi hoc ipso abrogari vellet publicum verbi ministerium, adstruereque immediatam informationem Spiritus Sancti, qui etiam absque publicis verbi Ministris unumquemque, sive is degat in ecclesia Christi, sive extra eam, sufficienter ad salutem informare velit, actuque ipso informet, adeo, ut quilibet eorum, cujuscunque is etiam sit status & conditionis, sive mas sive foemina, sive doctus sive plebejus, vel ipse verbum in ecclesia praedicare, aliisque id, juxta immediatam inspirationem & revelationem Spiritus Sancti, explicare possit. Minime omnium, talis enim opinio B. Apostolo nunquam in mentem venit, id quod facile probari potest inde: Quia I. hoc ipso contradixisset praxi ecclesiae Christi etiam sui aevi, quae constanter publicum verbi ministerium retinebat, ejusque doctrinam, ut rem omnino necessariam admittebat, idque ex institutione ipsius Christi. *vid. Ephes. IV. v. 11. 12. 13. 14. Gal. VI. v. 6. & Spiritus Sancti Actor. XX, v. 17. & 28.* quibus in locis expresse habetur, non tantum, quod Christiani necesse habeant, ut doceantur, sed &, quod munus docendi publicum in ecclesia non sit promiscuum, omnibusque ejus membris commune, sed quod tantum paucis competat, iis nimirum, qui a Deo ad id ordinarie sunt constituti, quorum publicum docendi munus, si ad se rapere vellent auditores, non minus eos contra ordinem institutum deceatem & expedientem esse peccaturos, quam si grex, vel oves pascere vellent vel suum pastorem, vel etiam absque Pastore se invicem; uti enim hoc ex parte foret ridiculum, ex parte autem impossibile aut ad minimum tamen valde periculosum. (*confer. Zach. XIII. v. 7. Job. X. v. 12.*) ita nec istorum deliramenta, qui ecclesiae munus docendi publicum necessarium non esse contendunt, eandemque hinc Pastoribus animarum peculiaribus privari debere cupiunt, sua carent absurditate, tuoque (*quod sub illis tanquam anguis in herba, latet*) periculo. *vid. omnino supra cit. Actor. XX. v. 28. collat. cum seqq. v. 29. 30. & 31. et Eph. IV. v. 11. 12. 13. collat. cum v. seq. 14.* II. Quia hoc ipso Apostolus contradixisset adverteratusque fuisset tum sibi ipsi, tum & illi, quod modo in hac ipsa Epistola fecerat. Sibi ipsi, quippe qui modo paulo ante dixerat, & se & Collegas suos, reliquos puta Apostolos, ipsis, ad quos scribit, & adhuc in praesenti annunciat id, quod de verbo vitae audiverant, viderant, manibusque suis contractarant, & hoc non facere se tanquam laborem, quo carere possent,



sed tanquam rem, quæ maxime ipsis opus esset, ut scilicet & ipsi societatem haberent cum Apostolis, & societas ipsorum simul esset cum Patre & Filio ejus Jesu Christo, 1. Ep. c. 1. v. 1. 2. 3. quæ societas non obtingit homini ulli, nisi per verbum prædicatum, auditum, retentum & servatum Rom. X, v. 14. 17. Job. XIV, v. 23. adeoque homini est necessaria, ut nec absque hac vitam æternam consequi possit. 2. Job. v. 9. collat. cum Eph. II, v. 11. 12. Quomodo ergo Apostolus dici posset hos suos Auditores prædicatione, sive quod idem est, munere docendi publico peculiarium verbi ministrorum (per quod scilicet hæc societas Auditoribus obtingit) non opus habere? Imo si hæc esset mens Apostoli, contradiceret omni illi, quod in tota hac Epistola facit, idque simul ut inane & supervacaneum reputaret & pronuntiaret. Quid autem facit in hac Epistola? Sane nihil magis, quam ut eos doceat ea, quæ putat ipsis esse necessaria, ut illa discant. sic v. gr. (ut saltem pauca adducamus) C. 2. v. 3. 4. 5. 6. docet, quomodo cognoscere deberent veros & falsos Christianos. ib. v. 8. 9. 10. & 11. docet: quis sit in Luce & quis non sit in ea ib. v. 15. 16. 17. docet: quomodo se gerere debeant in hoc mundo & circa amorem ejus C. 3. v. 1. 2. 3. sane docet de filiorum Dei fato, felicitate & officio. ib. v. 9. docet: quis ex Deo sit natus, nim. is, qui non peccet (proarise) & quomodo a peccatis præteritis possit manere immunis, (nim. si semen, i. e. verbum Dei probe custodiat.) ib. v. 14. seqq. docet de dilectione fraterna, ejus intermissionis damno, ad eam incitamento & ejus indicio. C. IV, v. 1. 2. 3. docet: quomodo probare & dignoscere debeant Spiritus Ib. v. 11. ad quid nos excitulare debeat dilectio Dei. Ib. v. 17. seqq. ex quo cognosci debeat, num dilectio nostra erga Deum sit vera. C. V, v. 4. 5. docet: quomodo mundus debeat vinci. Ib. v. 7. seqq. docet de personarum in divinis trinitate, earumque indivulsa in essentia unitate Ib. v. 16. 17. itidem docet: pro quibus sit orandum, & pro quibus non sit orandum, item: quotuplex sit peccatum &c. Pone jam, hos Johannis Auditores hæc omnia, jam tum, satis exacte scivisse, adeo ut hac doctrina Apostoli in talibus plane non indignissent, (quippe quam jam tum in se ipsis ab immediata Spiritus Sancti revelatione habuissent.) nonne exinde sequeretur: Apostolum in his omnibus suis Auditoribus fuisse frustraneum? Ita quidem puto omnino! At vero Paulus Phil. II, v. 16. dicit: se prædicando verbum Dei non frustra laborasse, imo nec frustra Deus operarios in messem suam mittit Matt. IX, v. 38. Accedit, quod vel ideo etiam hæc non possit esse mens Apostoli, quia hoc ipso III. is contradiceret aliis Scripturæ locis, illis scilicet ubi ecclesia dicitur semper magis magisque ædificari, Eph. IV, v. 11. 12. 13. sicque indigere semper ædificatoribus, qui sunt Ecclesiæ ministri publici. 1. Cor. III, v. 10.

Rom.



*Rom. XV. v. 26. item illis, ubi ministris verbi publici jubentur instare do-*  
*ctrina, & qui in doctrina laborant, duplici honore digni habendi esse dicun-*  
*tur. v. gr. 2. Tim. IV. v. 2. 1. Tim. V, v. 17. quorsum hæc dicta essent, si Apo-*  
*stoli verba hoc sibi vellent, non necesse habere fideles, ut aliquis (verbi mi-*  
*nister publicus, peculiariterque ad id constitutus) eos doceat? item illis, ubi*  
*parim publicus & ad id peculiariter vocatus verbi minister, dicitur sediisse*  
*per annum integrum & sex menses, & fideles verbum Dei docuisse Actor.*  
*XVIII. v. 11. parim etiam expresse fideles jubentur obedire legitime præ-*  
*positis suis verbi ministris, tanquam vigilantibus pro animabus ipsorum,*  
*ut cum gaudio officium (peculiariter ipsis demandatum) faciant & non ge-*  
*mentes. Hebr. XIII. v. 17. quorsum quæso hæc iterum dicta essent? si Apo-*  
*stolus hoc voluisset: munus docendi verbum Dei in ecclesia esse debere*  
*commune unicuique, & sic eam necesse non habere, ut aliquis (peculiariter*  
*ad id vocatus & constitutus verbi minister publicus) eam doceat? Quæ cum*  
*ita sint, omnino sequitur aliter esse interpretanda verba nostri Apostoli, &*  
*quidem ita: non necesse habetis, ut aliquis, vel nostrum, de novo vos in-*  
*stituat (tanquam rudes & ignaros tyrones ut Hebr. VIII, v. 11.) in illis, quæ*  
*ad salutem sufficiunt, quanquam non negandum sit, quod, (quia pro fidei*  
*mensura quisque intelligit, fides autem in aliis exigua est, in aliis mediocris,*  
*in nemine absoluta) nemo tantum sciat, quin profectui adhuc sit locus jux-*  
*ta 1. Thess. IV, v. 2. 1. Cor. XV, v. 58. 2. Cor. X, v. 15. Coll. I, v. 11. & quod*  
*etiam probe tenentes quod expedit, possint commonefieri & excitari, ut*  
*major inde confirmatio in semel agnita veritate illis accedat, qui saltem &*  
*hujus meæ descriptionis scopus est. Multo autem minus necesse habetis,*  
*ut aliquis scilicet istorum Seductorum (de quibus hætenus & præcipue præce-*  
*dente v. 26. dixerat) vos doceat, variis scilicet & peregrinis doctrinis Hebr.*  
*XIII, v. 9. quibus non ad Christum adducimini, sed potius ab eo saltem ab-*  
*ducimini, atque sic naufragium fidei salyificæ patimini juxta: 1. Tim. I, v.*  
*19. Hæc talia, inquam, tantum abest, ut necesse habeatis, ut aliquis eo-*  
*rum ea vos doceat, ut potius sub poena æternæ damnationis necesse ha-*  
*beatis a talia docentibus cane & angve pejus vobis cavere, contra vero*  
*contenti esse illis, quæ antea a nobis edocti estis, per quæ in omnibus divi-*  
*tes facti estis in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi*  
*(sive prædicatio de Christo) confirmatum (confirmata) est in vobis, ita ut ni-*  
*hil vobis desit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini nostri Je-*  
*su Christi. 1. Cor. I, v. 5. 6. 7. confer. Hunn, & Marlorat. in b. I. Hæc est*  
*vera & Scripturis consona mens verborum Apostoli: non necesse habetis,*  
*ut aliquis doceat vos. Quando autem pergit:*



ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ ἅπλοια διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, **SED SICUT UNCTIO** (ejus) **DOCET VOS DE OMNIBUS**) hoc dicere vult: *Sed sicut Spiritus Sanctus, (qui unktionis vocabulo venit, per supra explicatam metaphoram, unktionis inquam, & quidem talis* ⲓⲟⲗⲓⲛ

**ⲓⲟⲗⲓⲛ** i. e. quæ est a Deo (Patre & Filio Job. XV, v. 26.) ut hic recte explicationis ergo addit *Syrus*, sicque vere cœlestis,) *docet vos, partim per suggestionem eorum, quæ nos antea vobis de verbo vitæ annuiciavimus, vosque a nobis audivistis Job. XIV, v. 26. 1. Joh. 1, v. 1. 2. 3. 4. c. 11, v. 24. quæ complectuntur omne consilium Dei de salute vestra, Actor. XX, v. 27. quæ ut animo retinere, sicque adhuc eorum probe recordari possitis, facit eadem hæc unctio. Uti enim unguentum pretiosum terrenum reficit Spiritus, ingeniumque confortat, ut audita retinere, retentorumque recordari possit, ita & adhuc multo sublimius unctio hæc cœlestis & vos & reminiscenciam vestram perficit, confirmat & consolidat 1. Pet. V, v. 10. partim etiam per ordinarios vobis præpositos verbi ministros, neque enim illi sunt (tantum) qui vobis loquuntur, sed Spiritus Patris vestri cœlestis (i. e. unctio) loquitur in illis & per illos ad vos. Matth. X, v. 20. quippe qui pro Christo legatione funguntur, & per quos Deus exhortatur. 2. Cor. V, v. 20. hi sunt, per quos in omni loco Deus revelat & manifestat odorem notitiæ suæ 2. Cor. II, v. 14. per prædicationem verbi Tit. I, v. 3. antea scripti per Prophetas & Apostolos Rom. XVI, v. 25. 26. Eph. II, v. 20. Sicut itaque mediantibus his (tale enim docere quod fiat absque his, immediate in corde hominis, absque verbo, ejus lectione & prædicatione, ignorat scriptura, per loca modo citata) unctio, sive Spiritus S. vos docet verbis, quæ eos ipse Spiritus (per verbum scriptum) docet, 1. Cor. II, v. 13. quæque hinc vere sunt doctrina Dei Servatoris nostri Tit. II, v. 10. a qua vos optimo jure potestis dici a Deo docti Esa. LIV, v. 13. Job. VI, v. 45. Sicut inquam (hoc modo) vos unctio docet de omnibus, ad salutem scitu necessariis, tam in æsthi, quæ tenere, quam etiam in antiæsthi, a quibus cavere debeatis.*

καὶ ἀληθὺς ἔστι, καὶ ἂν ἔστι ψεῦδος. **ET** (ita) **VERUM EST, ET NON EST MENDACIUM**) Prius καὶ rectissime cum B. Luthero, Erasmo Schmidio & Lud. de Dieu (citato a Mattheo Polo in Bibl. crit. ad b. l.) accipitur hic non copulative sed redditive, ut idem valeat ac ita vel sic, uti & alias fit. v. gr. Matth. VI, v. 10. 1. Job. II, v. 18. (juxta L. de Dieu, cit. a Mattheo Polo in b. l.) Vocem ἀληθὺς cum sequenti ψεῦδος, Beza, Hemmingius, alique



aliique referunt ad ipsam unctionem, vertuntque ita: quæ verax est & non mendax. Sed quo minus ipsis assentiri queamus obstat (1.) ipse textus originalis, in quo in posteriori membro non est adjectivum, sed substantivum (ψῦδ) quod (uti observat B. Rappoldus ad b. l.) quidem per Enallagen adjective accipi potest, si de re sermo sit; sed si de persona, uti hoc loco, iuxta Bezzam, (de unctione s. Sp. S.) vix est ut exemplum reperiat. Jam vero, si propter antea dicta vox ψῦδ recte hic ut substantivum redditur, & accipitur, utique etiam ita reddenda erit, quæ cum ea per conjunctionem καὶ copulata est vox ἀληθὺς referendaque una cum voce ψῦδ non personam (unctionem) quippe cum qua juncta (uti dictum) non reperitur vox ψῦδ adjective reddenda; sed ad rem, quam unctio docet, & sic recte omnino se habebit illorum versio, qui vertunt: *Verum (veritas) est & non mendacium.* obstat (2.) Versio Syriaca, quæ itidem retinet Substantivum: **ܘܢܩܘܠܘܬܐ ܘܢܘܨܘܬܐ ܘܢܘܨܘܬܐ ܘܢܘܨܘܬܐ**

i. e. & veritas est, & non in illa (veritate est) mendacium. Obstat (3.) consensus plurimorum Interpretum, Lutheri, Vulgata, Calovii, Rappoldi Grosii, Marlorati, &c. qui itidem verba textus originalis probant recte ita verti: *Verum (veritas) est & non mendacium.* Veritas est (inquit) scilicet divinitus, tam in V. quam in N. T. revelata (confer quæ hanc in rem annotavimus ad v. 21. verba: *Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem.*) & non est mendacium uti illud, quod nuper tantum contra ipsammet clarissimam veritatem in cerebro nonnullorum errorum ortum, (confer iterum huc, quæ de hoc mendacio diximus. ad v. 21. verba: *Et quoniam omne mendacium ex veritate non est.*) posito sic abstracto: *veritas & mendacium,* pro concreto: vera & falsa doctrina, (uti v. gr. 2. Cor. VII. v. 14.) idque non sine insigni emphasi, quæ emphasis, quantum ad veritatem hic commendatam maxime perspicitur ex repetitione a contrario sumpta, facta ad morem Hebraorum, qui certitudinem alicujus rei magis asserere volentes, addere solent negationem contrarii, uti v. gr. Job. I. v. 19. confessus est & non negavit, i. e. verissime & liberrime confessus est, similem locutionem vide 1. Sam. I, v. 11. Ezech. XVIII, v. 21. C. XXXIII, v. 15. (confer Rappoldum & Hemmingium. l. c.) ut itaque sensus verborum textus originalis hic sit: *Veritas ipsissima est, plane omnis omnino mendacii expertis, quamque sic tutissime omnium sequi potestis. Quamobrem pergit:*

καὶ καθὼς ἠδίδαξεν ὑμᾶς, **ET SICUT DOCUIT VOS** modo supra dicto, mediante scilicet verbo ejusdemque prædicatione,

μενείτω





*MANETE*) Futuro sic usurpato pro Imperativo, ut: *Matth. IV. v. 10. C. V, v. 48. C. VI, v. 5. C. VII, v. 5. C. XIX, v. 18. Marc. IX. v. 49. 1. Job. V, v. 16.* id quod observantem & probantem vid. *Erasmus Schmidium in Notis & Animadversionibus in N. T. p. 111. 115. 140. 273. 440. & 1402.* quo

cum consentit & *Versio Syriaca* reddens:  $\Omega\Omega\text{---}\Omega$  i. e. manete sive perseverate: ut adeo sit cohortatio ad perseverantiam in doctrina ab Apostolis accepta, finem apostolicæ scriptiois continens, id quod etiam confirmat varia lectio, ubi codices satis multi satisque probati (*v. gr. Codex Alexandrinus in Biblioth. Reg. Ang. Mss. Rom. e Biblioth. Barbarini, Stephani Codd. & Valesii lectiones e 16. Mss. citati in Nova Testamento Græco Oxonii edito Anno 1675. p. m. 596.*) pro *MANETE* legunt *MANETE*. Quamquam nec contra fidei Analogiam peccent, qui Futuri propriam significationem servare volentes, dicunt sermonem esse bene ominantis, fore scil. ut omnino sint in doctrina cœlesti permanfuri, idque ob inhabitantem unctionem sive Spiritum Sanctum, ipsos in veritate semel agnita sustentantem *juxta Psalm. LI, v. 12. & 14.* Sed ob rationes antea dictas, magis nobis placet illorum versio, qui reddunt: *manete.*

*Et autem. IN EO.*) scil. quod unctio mediante verbo & ministerio verbi vos de veritate substantiali Christo docuit. Quod si fiet, manebitis etiam in eo scil. Christo, a quo est, quæ in vobis reperitur, unctio, *confer. Job. XIV, v. 23. Actor. XI, v. 32. 33.* quorsum dubio procul respexit *Syriaca*, affixum personale  $\Omega$ , cum  $\Omega$  componendo, id quod omnino personam (*qualis hic est Christi*) denotat. *vid. Syriasmus Restitut. Opitii p. m. 193. seq.* neque enim pugnant, sed potius, uti dictum, optime simul stare possunt: manere in eo, quod de vera doctrina unctio nos docuit, & simul etiam manere in eo scil. Christo, quem ea doctrina omnino respicit.

## SECTIO II. ELENCHTICA.

*ejusque*

### ARTICULUS I.

*Sistens, ut contraria juxta se posita magis elucescant, in Synopsi hætenus uberius demonstratum Sensum hujus loci vere orthodoxum,*  
*pariter*



*partim ex locis scripturæ aperte parallelis, partim etiam ex claris ipsius D. Johannis, se ipsum explicantis verbis etiam ejusdem hujus epistola, tum antecedentibus, tum consequentibus.*

**Qv. I.** Qvis itaque est brevis, Scripturæque vere consentaneus verborum Apostoli, hæctenus prolixius explicatorum sensus?

**Resp.** Est ille, indicantibus id ipsum clarissimis Scripturæ dictis e regione appositis & citatis hic:

**Et)** quid multis his enarrandis immoror, cum etiam absque his hæc talia vos non lateant, imo neclatere possint, præterquam quod eorum nonnulla experientia quotidiana vos doceat & docuerit,

**Vos)** qui in nomen Filii Dei creditis -  
hincq; societatem habetis cum Patre & Filio

**Unctionem)** i.e. Spiritum S. expresse in Scripturis ita vocatum

super vos, ut hoc ipso in spirituales Reges, Sacerdotes & Prophetas ungeremini,  
ad instar unguenti & olei pretiosissimi, *partim* per verbum prædicatum devotèque auditum quantum ad adultos

*partim* etiam per baptismum, quantum ad infantes, effusum

sicque actu vobis communicatum non tantum quoad ejus dona, sed & quoad ipsius substantiam & personam, in vobis habitantem -  
vos per verbum antea auditum docentem -

ad virtutes Christianas moventem -  
consolantem & confirmantem

Sicque ad instar olei lætitiæ vere vos exhilarantem spiriti, sive vestros reficientem

-	1. Job. II, v.
-	18. 19. c. V.
-	v. 13. L. v. 3.
-	Act. X, v. 38.
-	Pf. XLV, v. 8.
-	Apoc. I, v. 6.
-	Act. II, v. 17.
-	Act. X, v. 44.
-	Gal. III, v. 2. 9.
-	Tit. III, v. 5. 6.
-	1. Cor. III, 5. 16.
-	Job. XIV, 6. 26.
-	1. Job. II, 6. 24.
-	Rom. 8, 4. Gal. V, 22.
-	Rom. 11, 25. 16.
-	Eph. I, 6. 13. 14.
-	Gal. V, 6. 22.
-	Es. 57, 15. Pf. 19.
-	8. cxix. 6. 50.
-	Et 93.
-	utque



utque bonus odor Deo vestro sitis efficientem  
**Habetis a Sancto**) i. e. Jesu Christo, ex-  
presse ita dicto

quoad utramque naturam, hanc nobis unctio-  
nem passionis ac morte sua promerente  
eodemque modo eandem effundente  
cum Patre unam essentiam habente, sicque eum  
ab hac communicatione minime excludente

**Et nostis omnia**) tam quæ ad salutem sunt

vobis scitu necessaria *in thesi*  
quam etiam, quæ ad vitandos tales imposto-  
res, vosque adversus illos muniendos, nosse  
conducit *in Antithesi*, nim. quod illorum do-  
ctrinæ sint impudentissima mendacia  
illorumque intentio nulla sit alia, quam ut vos  
seducant

a simplicitate quæ est in Christo.

Hæc inquam omnia nostis pro uniuscujusque  
statu sufficienter, mediante unctioe, per ver-  
bum vos talia docente

sicubi que necessitas efflagitat, quæ in hanc  
rem loco Christi a Pastoribus vestris vobis di-  
cta sunt,

suggestente

Hinc etiam:

**Non scripsi vobis, quasi ignoranti-  
bus veritatem**) i. e. doctrinam Evan-  
gelii

& ex hujus prædicatione etiam veritatem  
substantialem ipsam, quæ est Jesus Christus.  
& hunc, tam quoad personam  
quam etiam quoad officium

2. Cor. II, 15.

Luc. I, 35.

Dan. IX, 24.

Job. XVI, 7.

Act. II, 32-33.

Job. X, v. 30.

1. Cor. I, v. 5.

6. 7.

1. Job. II, 22.

v. 26.

2. Cor. II, 3.

*Juxta*

1. Cor. I, v. 5.

6. 7.

2. Cor. V, 20.

Job. XIV, 26.

Job. I, 17, 20.

Cor. IV, v. 2.

collat. cum

Coll. I, 23, 25.

26, 2. Theff.

II, v. 12. coll.

cum. Marc.

XVI, v. 15, 16.

Job. XIV, 6.

1. Job. V, 1, 13.

& 20. c. II, 1, 2.

coll. cum 6.

III, 8, 4, 5.

Sad



*Sed quasi scientibus eam*) scil. ex nostra prædicatione

certo sperans, me vel ob hanc causam eo citius obtenturum hac mea Epistola id quod volo, nimirum, ut in semel agnita veritate maneat & a secus Docentibus vobis caveatis, tanquam scientes

*Et quod omne mendacium ex veritate non est*) omne mendacium hodiernorum scil. hæreticorum, contra Articulum de Christo, tam firmiter in S. literis fundatum, ex veritate divinitus revelata, vobisq; annunciata per nostram operam

non est, sed potius ex Spiritu erroris.

*Quis est mendax? nisi is, qui negat, quod Jesus sit Christus?*)

Si hic non est mendax, qui negat Jesum ex Maria natum, esse simul in una individua persona & Christum, nescio sane quis meliori jure mendax & dici & esse posset? negat enim id, quod revera in unitate personæ Jesus est, nimirum verus Deus

& Christus, filius Dei

quodque se esse vere demonstravit

coram testibus omnino fide dignis,

quorum & adhuc hodiernum multi vivunt, hocque facit cum animo pessimo fallendi vosque seducendi

seductioneque hac sua, in æternum exitium præcipitandi, dū vobis Filium Dei eripere vult

*Hic est AntiChristus*) Christi veri juratus hostis, quippe cujus & personam & officium, & dignitatem & gloriam dicto modo

1. Jo. 2, v. 1. 2. 3. c. II, v. 24.

c. II, v. 27.

1. Tim. VI, v. 3. 4. 5.

c. II, v. 22. c. IV, v. 1. 3.

c. I, v. 1. 2. 3. c. IV, v. 6. & 14.

c. IV, v. 6.

Juxta

1. Job. V, v. 20.

Job. XX, v. 31.

Rom. I, v. 4.

Matt. XI, v. 3. 4. 5.

1. Job. I, 1. 2. 3. c. IV, 14.

1. Cor. XV, v. 6.

1. Job. II, v. 26.

c. V, v. 12. Job. III, v. 36.



oppugnat, & ex animis simplicium eruere intendit

præludens hoc modo Anti-Christo magno, (ut v. gr. Ebion & Cerinthus cum affectis suis bodie faciunt) de quo dictum est, quod adhuc sit venturus

**Qui negat Patrem & Filium)**

ea ipsa scilicet negatione, qua Jesum in una persona Filium Dei esse negat, neque enim alius Deus Pater datur, nisi qui filium habet. Jesum Christum, cum quo unum est

uti in essentia, ita & in cultu, adeo, ut qui hunc non ut Filium Dei honorat, nec Patrem honoret, qui misit ipsum ex quo jam omnino sequitur, quod

**Omnis, qui negat Filium, nec Patrem habeat)** scilicet in suo corde ac cultu,

vel in sua fide ac religione, imo nec Spiritum Sanctum, quippe qui cum Patre & Filio est unius essentiae

ita ut, ubi illi non sunt, nec hic esse censendus sit, quodque sic talis, qui negat Jesum esse Christum, per consequens, nullum Deum retineat, sicque sit *à Deo* in hoc mundo

Quæ cum ita sint,

**Ideoque Vos)** fideles Christiani, in Christum credentes

quam chara est vobis vita æterna, quæ saltem hunc in vera fide habentibus datur

**Quod audivistis)** ex nostra prædicatione ab initio institutionis vestræ in fundamentis religionis Christianæ

**in eo)** tanquam antiqua cœlesti veritate

**manete)** cœu radicati & confirmati fide,

2. Cor. 11, 3. 4.

1. Job. 11, 20.

c. 11, v. 18.

2. Thess. 11,

v. 3. 99.

Job. X, v. 30.

1. Job. V, 7.

Job. V, v. 23.

Juxta

1. Job. V, 7.

Ephes. 11, 12.

1. Job. V, 13.

ib. v. 12. 13.

c. 1, v. 2. 3.

ibid.

1. Job. IV, v. 6.

c. V, v. 20.

Col. 11, v. 7.



ne quicquam attendentes ad mendacia nuper  
saltem in nonnullorum cerebris orta, certo-  
que sperantes hanc vestram perseverantiam  
fructu suo non carituram, nam :

*Si in vobis permanserit, quod au-  
divistis ab initio, & vos in Fi-  
lio & Patre manebitis*) ita quidem,  
ut iis non tantum futuri sitis conjunctissimi,  
summoque eorum favore & amicitia sitis frui-  
turi, sed & quoad ipsam substantiam & illorum  
& vestram, futuri sitis invicem mystice & ar-  
chissime conjuncti & uniti, ita ut SS. Trinitas  
substantialiter apud vos mansionem sit factura  
contra & vos manfuri & victuri sitis in illa, -

litisque participaturi etiam hic, (*quantum ad  
pragustum*)  
omnia bona, beneficiaq; divina ac spiritualia,  
denique etiam certi futuri sitis de ultimo fidei  
vestrae sine, ipsa vita aeterna

Nam :

*Et haec*) scil. unio mystica, de qua modo dixi,  
*est illa promissio, quam ipse (Chri-  
stus) promisit nobis*  
promittens nobis

*Vitam aeternam*) certo certius hanc unio-  
nem mysticam (*si alias in ea usque ad finem  
permanseritis*) secuturam

*Haec*) paulo fusius

*Scripti vobis*) non ex diffidentia erga vos, sed  
*de his*) & propter hos  
*qui seducunt vos*) quantum ad intentio-  
nem ipsorum,  
ut intuitu eorum eo magis vigilantes sitis -

Juxta

Job. XIV, 23

Job. VI, 56.

c. XV, 6. 1. 4.

s. 1. Job. I, 63.

Pf. xxxiv, 9.

Rom. XV, 27.

Phil. I, 6. 7.

Hebr. III, 14.

1. Petr. I, 8. 9.

Rom. VI, 22.

Job. XIV, 23

Job. VI, v.

56. & 54.

Apoc. XII, 9.

Act. XX, 6. 31.

1. Cor. XVI, 13



**Et** (sive:) Sed non opus est ut vel ego, vel etiam vos ipsi nimium sitis solliciti, quasi hi impostores aliquid contra vos sint obtenturi -

**Vos** enim, quotquot in Christum creditis, (si

**Unctio**) i. e. Spiritus Sanctus -

**Quam accepistis ab eo**) scil. Christo - partim mediante verbo prædicato & attente audito -

partim mediante Sacramento Baptismi -

**in vobis manet**) uti fore omnino omnino, & ominari etiam probe possum, ob rationes a me adductas, -

fatis contra hos estis muniti, ac armati, scuto scil. fidei, gladioque Spiritus, sive verbo Dei quod verbum, unctio per nos vos docuit, sicubi que opus est contra adversarios, suggerit -

**Et (sic) non necesse habetis ut aliquis**) vel nostrum de novo vos in fundamento religionis instituat, id enim jam tum

fatis superque factum est antea - - vel etiam istorum Seductorum - -

**doceat vos**) peregrinas exitiosasque doctrinas

**Sed sicut unctio docet vos**) per verbum ejusque ordinarios Doctores - -

**de omnibus**) ad salutem vobis scitu necessariis,

**& verum est**) (sive:) ita verum, imo ipsa divinitus revelata veritas est - -

**& non est mendacium**) quale est hodiernorum Antichristorum - -

- Rom. VIII, 35. 38. 39.  
- 1. Job. V, v. 13.

- Act. X, v. 38.  
- Job. XVI, v. 7.

- Act. X, v. 44.  
- Tit. III, v. 5. 6.

- 1. Job. II, v. 13. 14. c.  
- IV, v. 4. c. V, v. 13.  
- coll. cum. v. 4. 5 & 18  
- Ephes. VI, v. 16. 17.  
- Matth. X, v. 20.

**Juxta**

Job. XIV, v. 26.  
Matt. X, v. 19.

- 1. Job. I, v. 1. seqq.  
- c. II, v. 26.

- Hebr. XIII, v. 9.  
- 2. Cor. II, v. 3.

- 2. Tim. III, v. 15.  
- 2. Cor. II, v. 14.  
- 1. Cor. II, v. 13.

- 1. Cor. I, v. 6. 7.

- 2. Pet. I, v. 21.

- 1. Job. II, v. 22.

**& sicut**



*Et sicut docuit vos*) modo supra saepe ci-  
tato

*manete*) i. e. ad finem usque perseverate -  
*in eo*) quod unctio dicto modo vos docuit.

Juxta

Matt. X. 22.  
c. XXIV, 11.  
12. 13.

Hunc verum sensum verborum Johannis esse, vel ideo ex aliis Scri-  
pturæ locis & probare volui & probare etiam debui, quia unus fuit Spiri-  
tus, qui per viros Θεοπνεύστος omnes locutus est, & se mox per hunc, mox  
per alium, in hac vel illa difficiliore materia, magis dilucide explicavit, quæ  
itaque ejus propriæ suorum verborum explicationes minime sunt negli-  
gendæ, quin potius reliquis omnibus præponendæ.

Qv. II. Unde porro certus esse possum, præcise hunc &  
non alium esse eum sensum, quem vere ac unice Apo-  
stolus in hæcenus explicato loco intenderit?

Resp. Supra ac præter hæcenus ostensum constantem Parallelismum, sive  
probationem nostræ explicationis, per dicta Scripturæ vere parallela, quæ  
merito, uti modo dictum, inter argumenta quibus veritatem orthodoxæ ex-  
plicationis, locorum Scripturæ probamus, principem tenent locum, (*quia  
verba sunt Spiritus Sancti se ipsum explicantis*) certos etiam nos reddunt,  
uti de omnibus hæcenus a nobis explicatis, ita & cum primis, de eo, quod  
ex hoc loco maxime in controversiam hodie venit, nim. de UNCTIONE  
quomodo ea *Et tum temporis Et adhuc hodie veros Christianos omnia ad sa-  
lutem ipsis scitu necessaria doceat*, nimirum non immediate, per internam  
allocationem & revelationem Spiritus Sancti, etiam absque prævio verbo  
scripto ejusque prædicatione factam, minime, sed potius verò per verbum  
scriptum ejusque prædicationem a legitime vocatis ministris factam. De  
hoc, inquam, quod id vere in loco hæcenus explicato indicare voluerit A-  
postolus, certos nos reddunt, præter antea dicta, nunc etiam porro I. HA-  
JUS TEXTUS APOSTOLICI, uti in hoc ipso capite, ita & in hac ipsa tota  
Epistola tam ANTECEDENTIA, quam etiam CONCOMITANTIA &  
CONSEQUENTIA, in quibus certe nihil magis facit, quam ut suos Audi-  
tores per verbum sibi immediate (*tamquam Scriptori Θεοπνεύστος*) revelatum  
doceat, uti id textum inspicienti sanæ mentis unicuique patet, satis-  
que (*uti quidem ego puto*) demonstratum est in precedente Sectione Exe-  
gerica ad v. 27. verba. *Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos. Num. II.*  
imo in quibus etiam satis clare docet, unde omnium notitiam hi ejus audi-  
tores



tores habeant, nim. non ex revelatione sine verbo facta (*bujus enim ne verbo quidem meminit in tota hac Epistola*) sed ex Apostolorum prædicatione, & scriptione, *bujus Epistolæ. C. I, v. 1. 2. 3. 4. C. II, v. 1. 7. 8. 9. 12. 13. 14. 18. 24. C. III, v. 11. 14. NB. 2. Epist. Job. v. 8. collato cum 1. Thess. V, v. 12. 13. 1. Tim. V, v. 17. Gal. IV, v. 11. Quæ omnia satis evincunt, ne in mentem quidem venisse Apostolo: suos auditores, aliosque christianos habere immediatam Spiritus revelationem, hincque, peculiariter ad docendum, præ reliquis constitutis, ministris verbi publicis, carere posse. II. FIDEI ANALOGIA, quæ (explicante *Dannhavero Hermenevt. S. p. m. 368. seq.*) est harmonia & Symphonicus oraculorum divinorum concentus, in quo ut Symbolo aliquo omnes conspirant, cuique congruere debent, quicumque in ecclesia canunt, quemadmodum cum ea congruit ecclesia vere catholica, habens sua Symbola antiquitus recepta e Scripturis S. collata, quæq; Fidei Analogia, Fundamentum habet Symphoniam omnium Theopneustorum, os scil. omnium Prophetarum unum, ac gignit κοινήν ἐπίλυσιν, τῆν ἰδίαν ἐπιλύσιν (*de quo 2. Petr. I, v. 20.*) directe oppositam. Hæc inquam Fidei Analogia itidem nos certos reddit de veritate explicationis nostræ, quod omnino non alia quam *mediata Spiritus Sancti revelatio (facta per verbum & ejus publicos ordinarios ministros)* in præsentī loco Apostolico sit intelligenda. *talem enim urgent* communi eoque amœnissimo consensu, Scriptores N. T. in universum omnes: *Matthæus c. X. v. 7. c. XXVIII, 19. Marcus. C. XVI, 15. Luc. c. XXIV, 47. & alibi. Johannes c. XX, 21. & alibi passim. Paulus Rom. X, 14. 15. & alibi passim. Petrus 1. Epist. C. I, 12. 25. C. V, 1. 2. 3. 12. 2. Epist. C. I, v. 12. 15. 16. 19. C. III, v. 2. 14. 15. Jacobus. C. I, v. 18. 21. NB. C. III, v. 1. Judas. v. 3. 4. & (NB.) 8. it. v. 17. 18. & (NB.) 19. talem urget* praxis continua Ecclesiæ Christi vere catholicæ, inde a temporibus etiam ipsius Christi & Apostolorum ejus, in qua semper Deus ad salutem scitu necessaria suis fidelibus per verbum & ejus ordinarium Ministerium revelavit, juxta testimonia Scripturæ antea citata. Et adhuc probare debent Adversæ sententiæ Patroni, unquam tale tempus fuisse, in quo cœtus Dei ordinariis verbi Ministris fuerit destitutus, horumq; officio fungi indifferenter unicuique licuisset, ob Spiritum immediate & sine verbo illos ad tale officium instruentem, quæ enim loco probationis hujus suæ sententiæ adducunt, longe aliud volunt, uti inferius patebit. *talem etiam urgent* libri Ecclesiarum orthodoxarum Symbolici, vere Scripturis Sacris fideique veteris Christianæ Ecclesiæ consentanei, uti *v. gr. Augustana Confessio Articulo Vto. ejus Apologia. Sub Titulo: De Numero & usu Sacramentorum. Articuli Smalcaldici. Articulo VIII. Catechismus Minor & Major Lutheri in Explicata-**



plicatione Articuli IIIii. Sólida Declaratio Tit. XII. in Erroribus Schwueckfeldianorum. num. 2. III. certos nos reddunt de veritate nostræ explicationis, multa illa *ABSURDA*, *QUÆ* largo cum scœnore *EX CONTRARIA ADVERSARIORUM SENTENTIA FLUUNT*, & a nobis annotata sunt superiori Sectione Ima. ad v. 27mi verba: *Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos.* Quibus omnibus denique IV. etiam accedit, quod *ADVERSARIORUM*, hujus Loci *EXPLICATIO*, e *DIAMETRO SCRIPTURIS* Sacris sit *OPPOSITA*, Spirituique Sancto in faciem contradicat, sicque satis testetur, ipsam non esse (uti nostra, quæ Spiritus S. verba, sibi omnino consona retinet,) a Spiritu S. (*quippe qui sibi nunquam contradicit, nec contradicere potest*) sed potius a Spiritu vertiginis, confusionis & erroris, in rebus Theologicis, verba, Scripta, & doctrinam Apostolorum deserentis, eademque minime audientis & curantis, uti talem Spiritum graphice describit, cognoscendumque nobis sistit, ipsemet noster Apostolus Johannes I. Epist. c. IV, v. 6.

## ARTICULUS II.

*Afferens Sensum Heterodoxum, e diametro Scripturæ contrarium, cum ejusdem probationibus.*

Qv. I. Quisnam autem jam secundum Adversarios est, aut potius saltem esse dicitur, hujus Loci Apostoli sensus?

Est ille, secundum duplex Adversariorum genus, quod *præcipue* hic nobis jam attendendum venit, prout utrumque horum, illum in suam sententiam torquet, duplex: *ALTER PONTIFICIUS*, *ALTER VERO QUAKERIANUS*, & qui in hoc cum Quakeris conveniunt, aliorum Fanaticorum. *PRIOREM, PONTIFICIUM* scil. quod attinet, circa illum notandum possumus esse breviores, *partim*, quia in eo enucleando pauciora saltem textus hujus nostri verba ipsi Pontificij pervertunt, *partim* etiam, quia jam tum alibi a Theologis nostris ipsis tam sufficienter satisfactum est, ut adeo nocere nobis amplius non possint, quemadmodum & quæ in contrarium afferuntur ab ipsis, adeo magni momenti non sunt, ut non ex ipso textu satis superque possint refutari. Sic enim, quæ contra v. 20. ejusque vocem *VOS* affert *Estius* (cis. *Calovio in Bibl. illustr. ad b. l.*) quasi ea Apostolus



stolus alloquatur solos Clericos, contradicunt *hujus Epist. C II, v. 12. 13. 14.*  
ita, quæ de *UNCTIONE* commentatur *Bellarminus, (Lib. II. de Sacramen-*  
*to Confirmationis Cap. VIII. Cit. a B. Strauchio. in Dissertatione Theologica*  
*de Spirituali Fidelium unctioe p. 34.)* quasi per eam Apostolus intelligi  
velit unctioem externam Sacramentalem, & quidem eam, quæ adhuc  
hodie a Pontificiis observatur in confirmatione & Baptismo, ea contra-  
riantur partim hujus textus nostri *v. 27.* in quo dicitur, quod hæc un-  
ctio, de qua Apostolo est sermo, sit *interna & omnia doceat*, cum contra  
modo dicta Pontificiorum unctio est *externa & nihil docet.* Partim  
etiam aliis Scripturæ locis, ex quibus nullo evidenti dicto demonstrari  
potest, Apostolos chrismate (*corporali*) baptizatos unxisse. *vid. B. Strauch.*  
*l. c.* Pari modo se res habet cum illis, quæ ad *v. 22.* notant, quasi nim. hic,  
Pontificem ipsorum liberet a suspitione Antichristianismi. Posito enim  
Pontificem, Patrem ratione essentia & Filium s. Christum ratione per-  
sonæ, non aperte & directe negare, docent tamen experientia & publi-  
ca Pontificiorum scripta, quod neget voluntatem Patris & Officium Filii  
(*Christi*) Quæ voluntas Patris est, ut per fidem in Filium habeamus vi-  
tam æternam *Job. VI, v. 40. c. III, v. 16. 17.* Quodque officium Christi est,  
solo suo merito nos a peccatis nostris liberare *i. Job. I, v. 7. c. II, v. 5.*  
*Esa. XLIII, v. 24. 25. c. LIII, v. 6.* Hanc, inquam, voluntatem Patris, hocque  
officium Christi Pontifex omnino negat, quando dicit: Patrem non sola  
fide in Christum, sed nostris etiam operibus velle placari, & ob hæc vitam  
æternam hominibus conferre, & quando dicit indulgentiis pecunia re-  
demptis, peregrinationibus, regulis ac operibus vitæ monasticæ, Missa-  
rum nundinationi, & id genus aliis, homines a peccatis liberari, (*confer.*  
*Rappolt. in 1. Job. II, v. 22. & 23. § 3.)* sicque adhuc est & recte ex hoc textu  
convincitur esse Anti-Christus i. e. *hostis Christi*, quippe qui, licet non Per-  
sonam, officium tamen Christi impugnat, & quantum in se est, destruere  
allaborat, quique talia dicendo & mordicus defendendo non potest non &  
esse mendax, modo supra citato omnino negans *Jesum esse Christum, (ta-*  
*lem scilicet, qualem Deus promisit, qui solus nostra peccata tollat ac deleat*  
*Esa. LIII, s. 6. c. XLIII, v. 24. 25. c. LXIII, v. 3. 1. Job. III, v. 5.* sicque & hæc  
ratione simul cum Filio & Patrem negans, scil. quoad voluntatem confi-  
deratum, *juxta Job. VI, v. 40. Ephes. I, v. 5.* **POSTERIOREM** autem sive  
**QUAKERORUM ASSECLARUM** **QUE** eorum **SENSUM** hujus Loci,  
quem ex eo extorquere conantur **HETERO DOXUM** quod attinet,  
omnino paulo prolixiores circa eundem & enarrandum & examinan-  
dum esse cogimur, *partim* quia is, nullo habito respectu, quod ei adeo ab

Ortho-



Orthodoxis, verbo veritatis resistatur, nihilominus serpit ut cancer  
 2. Tim. II, v. 17. fereque quotidie unum Ecclesie membrum post aliud  
 lædit, sicque omnino hodie *prob dolor!* ex Dei permissione (*modicum &*  
*ferme nullum ingratorum hominum, erga cœlestem veritatem amorem, hoc*  
*modo vindicante juxta 2. Thess. II, v. 10. 11. 12*) est omnium maxime no-  
 xius. Partim quia is adeo est perversus, ut etiam fere ne unius quidem hu-  
 jus loci præcipui verbi, sensum sanum relinquat, uti id ipsum *Spiritu veri-*  
*tatis adjuvante* jam jam ad oculum demonstrabimus, & hoc ex propriis  
*Barclaji aliorumque Quakerorum scriptis, (hoc enim Deus longe a nobis ab-*  
*esse sinat, ut quicquam etiam in hoc, ipsis assignamus, quod non expressis*  
*verbis apud illos reperitur)* hoc ardenti addito voto, ut Deus omnis gra-  
 tiæ aperiat oculos tum *HIS*, tum etiam *HORUM*, hypothesisumque ipso-  
 rum *FAUTORIBUS*, ut vel tandem videant, contemplanturque, quam  
 longe cum suis opinionibus a vero, cœlestis veritatis tramite absint. Est  
 autem uti dictum, juxta *BARCLAJUM, QUAKERORUM ANTESI-*  
*GNANUM, EJUSDEMQUE ASSECLAS ET DEFENSORES, sensus*  
*hujus nostri Loci Apostolici, (prout is hinc inde ex eorum scriptis, quoad*  
*ipsissima verba, uti evolutio librorum citatorum probabit, est eructus fidelissi-*  
*meque huc comportatus & adductus) e diametro Scripturæ Sacre, & Spiritu-*  
*tû S. in illis loquenti, (indicantibus id ipsum clarissimis ejusdem dictis e re-*  
*gione appositis & citatis) contrarius talis:*

*Et vos*) non tantum fideles, sed & infideles }

(juxta Barclajum in Apologia latina p. 173. &  
 174. n. 4. nec non: G. Keib. in Amica responsio-  
 ne ad Bajerum pag. 30. pr.) etiam Judæi, Turcæ  
 & gentiles (juxta Barclajum l. c. & Paulum  
 Kaym, in der Bekändniß wegen des einigen  
 seligmachenden Glaubens unter allen Reli-  
 gionen und Völkern auff Erden. p. 34.)

*Habetis unctionem*) i. e. Spiritum S. im-  
 mediate, sive sine prædicatione verbi & usu  
 Sacramentorum vobis communicatum (juxta  
 Barclajum, l. c. p. 173. n. 2. 174. n. 4. 175. n. 5.  
 nec non: G. Keib. l. c. p. 30. 31. 32.)  
 immediate etiam, & sine verbo Scripturæ hu-  
 jusque prædicatione, (quæ sane apud gentes  
 non reperitur,) vos omnes quotquot ex utro-

contra

Job. VII, v. 39. Act.  
 II, v. 38. Gal. III, v.  
 14. Eph. I, v. 13.

Act. X, v. 44. Gal.  
 III, v. 2. & Tit. III.  
 v. 5. 6.



que tam fidelium quam infidelium coetu salutem æternam consequimini, interne admo-  
nentem. (juxta G. Keitb. l. c.)  
illuminantem, sive videntes facientem, (juxta  
Barclajum l. c. p. 173. n. 2. & 174. n. 4. & P.  
Kaym. l. c. p. 34.)  
& docentem (juxta Barclajum Apolog. latina  
p. 25. collat. cum p. 173. 174.)

**a Sancto** i. e. Deo & Christo, licet (quantum  
ad infideles) historię de Christo sint ignari,  
(juxta Barclajum l. c. p. 174. n. 4.)  
imo licet etiam Christum externe non agno-  
scant, nihilque de ejus adventu, nativitate &  
morte, ut & de lapsu Adami sciant juxta Bar-  
clajum. l. c. p. 79. & (juxta P. Kaym. l. c. p. 16.  
& 21.) eandem unctionem s. Spiritum Sanctum  
(interne eos fidem veram docentem vid. id. ib.)  
in regeneratione (ipsis insciis facta, id. p. 16.)  
sive conversione ipsis communicante.

**Etnostis** quantum ad infideles, sive sitis Ju-  
dæi, sive Turcæ, sive gentiles,  
ex immediata & interna Spiritus sancti doctri-  
na (juxta P. Kaym. l. c. p. 8. 9. Barclajum l. c. p.  
9. pr. collat. cum p. 173. lin. 25. seqq. it. p. 174.  
n. 4. & p. 194. lin. 16. 17. 28. & 29.)

**Omnia** quæ ad salutem nosse sufficiunt,  
(juxta Barclajum l. c. p. 97. 99.) i. e. internam  
vivam fidem, in qua se Deus omnibus genti-  
bus manifestet per legem naturæ  
cujus intuitu nec Judæis, Turcis & gentilibus  
salus æterna est deneganda. (juxta P. Kaym. l.  
c. p. 8. 9.)

2. Cor. V, v. 20.

Eph. III, v. 1. it. NB.

8. 9. Act. XXVI, 17. 18.

1. Cor. I, v. 5. 6.

Job. VII, 39. collat.

cum Rom. X, 14. 15.

Act. II, v. 38.

contra Job. III, 5. Tit. III,  
v. 5. 6.

Eph. IV, v. 17. 18.

c. II, v. 11. 12.

1. Cor. I, v. 5. 6. 7.

Rom. I, v. 16. 17. c. III.

5. 20. 21. 22. c. XVI, 25. 26.

2. Cor. II, v. 14.

1. Cor. II, v. 14. collat.

cum NB. Jud. Ep. v. 10

Rom. X, v. 3. coll. cum

v. 1. 1. Cor. I, v. 18. 21. 22.

23. 26. 27. c. II, v. 6. 7. 8.

Job. XVII, v. 3. coll.

v. 6. & 8. i. Jo. IV, v. 6.

cum



cum hæc fides interna eos salvos faciat (*juxta eundem. p. 34.*)

quantum ad fideles, non tantum nostis ex im-  
mediata revelatione omnia, quæ in S. literis ha-  
bentur, licet etiam vel maxime sitis rustici, ne  
unicam quidem literam cognoscentes (*juxta  
Barclajum l. c. p. 197. f. & p. 198. & p. 45.*)  
sed etiam, per immediatam revelationem  
Spir. S. plura nostis, quam in S. literis revelata  
sunt, (*juxta Barclajum l. c. p. 40. 41. 42.*) id-  
que ex necessitate, adeo, ut absque horum no-  
titiis & revelatione si sitis, magnopere turbe-  
tur pax & consolatio vestra spiritualis, imo ea  
plane auferatur, condemnatioque afferatur.  
(*id. ibid. p. 40.*)

imo adeo, ut si absque tali interna & immedi-  
ata manifestatione & revelatione divini Spi-  
ritus fueritis, ne quidem consequi possitis,  
certam, spiritualem, & salutiferam cognitio-  
nem Dei

Hinc etiam:

**Non scripsi vobis quasi ignoran-  
tibus veritatem**) puta ob defectum  
interne & immediate vos docentis Spiritus,  
sicque quasi hæc mea apostolica epistola una  
cum aliis libris Scripturæ S. vobis deberet esse  
loco primariæ regulæ fidei ac morum? mini-  
me! (*juxta Barclajum l. c. p. 35.*)

estis enim jam tum adulti, sicque externi ver-  
bi Scripturæ medio, ad recipiendum Spiritum  
S. & cum ipso consecutionem scientiæ veri-  
tatis salutiferæ, non amplius indigetis (*juxta  
G. Keitb. l. c. p. 32.*)

**Sed quasi scientibus eam**) scil. (*pro  
hoc vestro statu adultaque jam tum in fide eta-  
te.*) immediate, absque medio verbi, lecti aut  
prædicati *id. ibid. confer. etiam Antonietta*

Rom. X, v. 9. 10.

Matt. X, v. 32. 33.

1. Job. II, v. 24. coll.

cum c. I, v. 1. seqq.

1. Cor. XIII, v. 9. 12.

Gal. VI, v. 16.

Eph. II, v. 17.

Rom. XV, v. 4.

Job. XX, v. 31.

contra

Luc. I, v. 3. 4. Tit.

1. v. 9. 1. Cor. IX, v.

1. c. XIV, v. 37. 2.

Tim. III, v. 15.

Job. XX, v. 31. 2.

Tim. III, v. 15. 16. 17.

1. Job. V, v. 13. Gal.

PI, v. 16.

Gal. III, v. 5. 2. Ref.

I, v. 19. Ps. CXIX, v.

43. 104. 105. 130. 139.

105.

G 3

Bouri-



*Bourignonis Libr. 2. Lum. in tenebr. p. 15. cit.*  
Magnif. Dn. Præfide in *Synopsi Errorum Fana-*  
*ticorum Disput. III. Thes. 2.)*

hoc præcipue sine, ut una cum aliis libris Scri-  
pturæ S. det verum & fidele testimonium pri-  
mæ originis (*omnis veritatis & cognitionis*  
*salutifera, quod nim. ea non aliunde quam ab*  
*immediata revelatione & proveniret olim,*  
*& adhuc proveniat hodie (juxta Barclajum*  
*l. c. p. 12. 13. collat. cum p. 4.)*

sitque ita vestræ fidei & morum regula secun-  
daria  
subordinata Spiritui (*juxta Barclajum l. c.*  
*p. 35.)*

interne & immediate, etiam sine verbo scri-  
pto, ut antea temporibus Apostolorum, ita &  
nunc post tempora Apostolorum Christianos  
docenti (*id. p. 17.)*

*Et quod omne mendacium ex ve-*  
*ritate non sit*) Omne mendacium scil.  
corum, qui dicunt: non dari hodie amplius  
revelationes Spiritus immediatas *juxta G.*  
*Keiib. l. c. p. 9. pr.)*

qui dicunt: per baptismum aquæ infantes fieri  
membra ecclesiæ & Christi (*juxta Barclajum*  
*l. c. p. 177.)*

qui dicunt: sine baptismo & externa Christi  
professione, non fieri nec esse vera membra  
Christi ejusque ecclesiæ catholicæ, sicque ne-  
gant dari vera membra Christi, ejusque eccle-  
siæ catholicæ, (*extra quam non est salus*) etiam  
inter Judæos, Turcas & gentes, horum in-  
quam mendaciorum memoratorum, nullum  
ex veritate est, sed ex Diabolo, hæc suos se-  
quaces docente (*juxta Barclajum l. c. p. 175.)*

1. Job. I, v. 1. seqq. c.  
II, v. 24. c. III, v. 11.

2. Cor. IV, v. 3. usq.  
NB. 6. c. II, v. 14.  
Coll. I, v. 5. 6. 2. Tim.  
III, v. 15.  
Luc. XVI, v. 29. 31.

1. Job. IV, v. 1. 2. 3. 6.

contra

Act. II, v. 26. c.  
XVIII, v. 11. Rom.  
XVI, v. 25. 26. Dan.  
IX, v. 24.

Dan. IX, v. 24.

Job. III, v. 5. collat.  
cum Marc. X, v. 15.  
Tit. III, 5. Rom. VI,  
3. 4. 5.

coll.



coll. cum p. 173. 174.)

(inrepet Satanas hanc blasphemiam!)

**Quis est mendax, nisi is, qui negat quod Jesus sit Christus)**

ungens Spiritu tuo S. etiam infideles, qui ipsum non agnoscunt, & nihil, neque de ejus nativitate sciunt, (juxta Barclajum l. c. p. 174. 175, & P. Kaym. l. c. p. 16. 20. & 21.)

**Hic est Anti-Christus, qui negat Patrem & Filium, omnis qui negat Filium, nec Patrem ha-**

bet.) Qui negat Jesum esse Christum, (ui v. gr. facit Judaeus, Turca & gentilis) non tamen est Antichristus sive hostis Christi, hoc ipso & Patrem negans, imo ipsum (Patrem hoc modo) plane amittens. Minime!

Sed potest talis, (non obstante quod Jesum Christum externe nec agnoscat nec profiteatur) nihilominus verum membrum Christi & ejus ecclesiae catholicae esse, & salvari, (juxta Barclajum l. c. p. 173. 174. 175.)

Est enim & vivit in Christo, ut ejus dilectus & amicus, & ut charus Dei Filius, qui Deus (Pater) eum aequae diligit ac Christianum (juxta P. Kaym. l. c. p. 8. 9. 15. 16. & 21.)

**Sed hic est Antichristus:** qui non admittit hodie dari, & dari debere in ecclesia immediatas revelationes, super quas ecclesia aedificanda sit, (juxta G. Keitb. l. c. p. 8. & 9. & Barclajum l. c. p. 34)

sc. qui retinet & facit ordinem & distinctionem inter Doctores sive Ministros verbi ordinarie & peculiariter constitutos, & inter

[Act. II, v. 37. 38. & NB. 40. Matt. X, v. 33. 1. Job. IV, v. 3. 6. Job. IIX, v. 42. 44.]

Job. VII, v. 39. Gal. III, v. 14. cum coll. Rom. X, v. 14.

Job. V, v. 23. Ephes. II, v. 11. 12.

Matth. X, v. 33. 1. Cor. XII, v. 27. coll. cum preced. v. 2. Eph. II, v. 12. Job. XVII, v. 3. 1. Cor. XVI, v. 22. Eph. II, v. 12. 13. Job. XIV, v. 23. c. XV, v. 14. Job. I, v. 11. 12. Job. III, v. 36. c. XVI, v. 27. Eph. II, v. 3. Eph. II, v. 20.

contra

Audi;



**Auditores plebejos (juxta Barclajum l. c. p. 204.)**

it. qui afferit & defendit per baptismum aquæ, infantes, ut membra Christi & ejus ecclesiæ fiant, initiandos esse, (juxta Barclajum l. c. p. 175. 177.)

it. qui prædicationem verbi divini, eo modo, uti ea apud Protestantes fit, (nim. a peculiari verbi ministro, cum addita explicatione, partim per proprias meditationes verbi divini, inventa, partim ex aliorum libris hausta) ipso exercet, promoyet aut defendit, hic est inquam Antichristus & quidem in mysterio opetans. (juxta Barclajum l. c. p. 201.)

**Vos igitur quod audistis ab initio)**

verbum scil. Dei permanens, ante prædicationem verbi divini, vobis immediate a Spiritu S. dictum, (juxta Barclajum l. c. p. 49. n. 8. & C. Schvvenckfeld. præfat. de Evang. citatum a Magnif. Dn. D. Bajero in Collat. Doctrina Quakerorum & Protestantium cap. II. Thes. 61a.) & demum Scripturæ & prædicationi verbi efficaciam ac valorem, ut convertere suos auditores possit suppetitans, (juxta Barclajum l. c. p. 49. n. 8. it. p. 36. & William Ames Beschem. cap. 2. p. 3.)

Hoc inquam

**in vobis permaneat: (&) Si in vobis permanserit, quod audistis**  
(immediate a Spiritu S.)

**ab initio)** jam tum antequam audivistis verbum Scripturæ, & prædicatum, (vid. Autor des helleuchtenden Hergens, Spiegel p. 31.)

**Et vos in Filio & Patre manebitis)** i.e. communionem cum Deo habebitis, a qua communione se excludunt, quotquot

Epb. IV, v. 11. 12.  
1. Cor. XIV, v. 16.  
2. Tim. II, v. 2.

Job. III, v. 5. coll.  
cum Marc. X, v. 14.  
15. Actor. XVI, v. 15.

Actor. XX, v. 28. 6.  
XII, v. 28. 6.  
XXII, v. 23. 2.  
Tim. II, v. 15. c. III,  
v. 14. 16. Sir. XIV,  
v. 22. 23. c. XXXIX,  
v. 1. seqq. it. v. 11.

contra

Actor. XV, 7. Tit. I,  
v. 3. 2. Cor. II, 14.

1. Pet. I, v. 23. 25.  
coll. cum præced. v.  
12. Rom. I, v. 16. 17.  
c. X, v. 17. 1. Cor. I,  
v. 21. 24.  
1. Job. I, v. 1. 2. 3.  
coll. cum 2. Cor. II,  
v. 14.  
Rom. X, v. 14. Epb.  
IV, v. 17. 18.



negant immediatam revelationem Spiritus Sancti & in se & in aliis hominibus piis, & sanctis dari (juxta Barclajum l. c. p. 34.)

quandoquidem communio cum Deo, Patre & Filio solummodo Spiritu (immediate revelante) possidetur (juxta Barclajum l. c. p. 34. coll. cum preced. p. 33.)

& tantum habetur ab iis, qui lumini Spiritus Sancti immediate illuminantis, obtemperant (juxta Barclajum l. c. p. 64. 86. confer den helv leuchtenden Herzens Spiegel. p. 31.)

*Et hæc* (scil. immediata revelatio Spiritus S.)

*Est promissio quam promisit nobis*

(Christus, juxta Barclajum l. c. p. 17. & G. Keib. l. c. p. 38.)

promittens nobis

*Vitam æternam*) eo quod hæc (immediata Spiritus Sancti revelatione) unice consequamur cognitionem Dei salutiferam, (juxta Barclajum l. c. p. 4.)

absque qua, etiam altissima & profundissima scientia, (ipsius etiam Scriptura S. id. p. 8. & 118.) non attingit magnum illum finem salutis (juxta eundem p. 9.)

*Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos*

adducendo in desuetudinem revelationem Spiritus Sancti immediatam & hodie saltem in Ecclesia concedendo revelationem mediatam

sicque ad instar antiqui serpentis mundum deludendo, genusque humanum regno Diaboli subjectum tenendo (juxta Barclajum l. c. p. 7. 8.)

*Et vos* (quotquot scil. ex omnibus religionibus totius mundi salvi fitis) (juxta P. Kaym. l. c. p. 20. 21.)

contra

1. Job. I, v. 3.

Job. XVII, 20. 21. 23.

1. Job. I, v. 3.

Marc. XVI, v. 15.  
collat. cum Act. 17.

IX, v. 15. c. XXVI,  
v. 17. 18. 2. Cor. II,  
v. 14.

Job. XX, v. 31. c. V,  
v. 39.

2. Tim. III, v. 15.

Dan. IX, v. 24.

Rom. I, v. 16. 17. c.  
XVI, v. 25. 26.

1. Job. IV, v. 6.

Jo. XIV, v. 6. collat.  
cum c. XVII, v. 3.

Si

H



*Si manserit in vobis unctio*) i. e. Do-

ctor internus, Spiritus sanctus, ungens vos  
immediata revelatione (*juxta Barclajum l. c.  
p. 25. & P. Kaym. l. c. p. 20. 21.*)

*Quam accepistis ab eo*) scil. Christo,  
absque respectu personæ, vel fidelis vel infi-  
delis (*juxta P. Kaym. l. c. p. 20. 21.*)

*Non necesse habetis ut aliquis*) scil.  
peculiariter ad id constitutus verbi minister,  
vel voce vel scripto (*juxta Barclajum l. c. p. 14.*)

*Doceat vos: Sed sicut unctio ejus*)  
interne & immediate,

*Docet vos de omnibus*) ad salutem scitu  
sufficientibus (*juxta Barclajum l. c. p. 97. 99.*  
hocque ipso vos omnes facit verbi ministros,  
verbum licite prædicare valentes, (*juxta Bar-  
clajum l. c. p. 204. & Autorem Mentionis Chri-  
stianismi & Ministerii Germania. p. 9. & seq.  
cit. Magnif. Dn. Præfide in Synopsi errorum Fa-  
naticorum Disp. VIII. Thesi 4.*)  
ne fœminis quidem a tali prædicationis & do-  
cendi munere exclusis (*juxta Barclajum l. c. p.  
204. & 210.*)

*Et verum est*) & solum est (*puta interna  
illa & immediata revelatio divini Spiritus*)  
certissima & indubitata veræ & salutiferæ co-  
gnitionis methodus (*juxta Barclajum l. c. p. 8.*)

*Et non est mendacium*) quare est illo-  
rum, qui mediatam tantum revelationem ho-  
die obtinere dicunt (*juxta Barclajum l. c. p. 8.*)

*Et sicut docuit vos*) modo supra dicto.

*Manete in eo*) scil. quod immediate vos  
Spiritus docet, tanquam revelandi modo cer-  
tissimo & tutissimo. (*juxta Barcl. l. c. p. 8. & 34.*)

2. Cor. V, v. 20. c. 11,  
14. 1. Cor. 11, v. 13.

Job. VII, v. 39. c.  
XIV, v. 16. 17. 23.

Rom. X, v. 14.  
Ep. Juda. v. 3.

1. Cor. 1, v. 5. &  
NB. v. 6. 7.

contra

1. Cor. XII, v. 29. 30.  
Ephes. IV. v. 34.

1. Tim. II, v. 11. 12.  
1. Cor. XIV, v. 34.

Psal. XIX, v. 8.  
2. Cor. IV, v. 5. 6.  
2. Tim. III, v. 15.

Rom. XVI, v. 25. 26.  
coll. cum Dan. IX,  
v. 24.

2. Pet. I, v. 19. 20. 21.  
coll. cum 1. Job. IV,  
p. 1. 6.

Hæc



Hæc est vera hujus Loci Apostolici *Qvakerorum* interpretatio, (*indicantibus id ipsum, ipsis eorum libris citatis*) Ex quibus, quod eam hic ita congefferimus, vel ideo nemo mirabitur, nobisque vitio vertet, quia ipsi *Qvakeri* continuos Commentarios aspernantur, *vid. Barclajus l. c. p. 47. & 201.* sicque ipsi tales non conficiunt, unde qui illorum explicationem plenariam plurium versuum se insequentium, alicujus Loci Biblici habere cupit, vel invitus cogitur, eam ita, uti a nobis factum hætenus est, ex eorum scriptis variis, non sine insigni molestia eruere & comportare. Adhæc vel ipsi fatentur se omnes uno spiritu doceri & duci, *vid. iterum Barclajus l. c. p. 17.* quare nec indigne ferent, quod ipsorum sententiam in communi hinc inde ex complicum ipsorum Scriptis collegerimus, ipsamque illis imputaverimus.

**Qv. II.** Cum itaque, uti ostensum hætenus est, adeo absurda, Scripturæque Sacræ adeo contraria sit *Qvakerorum* hujus Loci Apostolici depravatio, inprimis quantum ad *UNCTIONEM*, cujus in eo crebram Apostolus facit mentionem, nemoque facile sit, qui absque rationibus ac argumentis alteri aliquid persuadere soleat. *Qværitur* non immerito: *Qvænam* igitur hi homines habeant argumenta, quibus suam sententiam & probare, & ut veram atque a Deo profectam simplicioribus commendare allaborent?

Resp. Non desunt ipsis argumenta, quibus suam, de *UNCTIONE* (*quæ inprimis nunc nobis attendenda est*) sententiam & defendere, & ipsam, ut vere Scripturis Sacris consonam, probare volunt. Inter quæ omnino non negligenda sunt, quæ in medium affert in Apologia sua *BARCLAJUS*. Hic, inquam, probaturus: per *UNCTIONEM* (*cujus hic mentionem facit Apostolus*) intelligi *Doctorem internum & immediatum* (*l. c. p. 25.*) i. e. Spiritum Sanctum, Sanctos & Christianos, etiam his temporibus, non minus quam olim, *intus* (*i. e. per divinum quoddam allegivium ad animas ipsorum, iuxta G. Keitb. l. c. p. 38.*) & *immediate* (*i. e. præter id quod externe fit mediante litera Scriptura id. ib.*) omnia quæ ad salutem sunt scitu necessaria docentem *l. c. p. 17.* sicque adhuc hodie in Ecclesia vigere, aut ad minimum vigere debere *INTERNAM & IMMEDIATAM*



REVELATIONEM, adducit cum primis hanc in rem Argumenta Quatuor.  
Quorum Imum desumit a CHRISTI PROMISSIONE Job. XIV. v. 16. 17,  
& 20. C. XVI, v. 13. (p. 17.) & Esa. LIX. v. 21. (p. 23.) & ex his argumenta-  
tur ita :

In quocumque Spiritus Dei est, semper in ore eius verba ponens, il-  
lum Spiritus docet immediate, objective (i. e. presentando veri-  
tatem quam docet, ei, quem docet, objective sive tanquam obiectum),  
& perpetuo.

Sed Spiritus Dei semper est in semine Iustorum, & ponit in ore eo-  
rum verba, nec unquam recedit.

Ergo Spiritus docet eos immediate, objective & perpetuo.

Idum desumit a Novi Fœderis natura ex Jer. XXXI, v. 33. & Hebr. VIII.  
v. 10 (l. c. p. 23.) atque ex illis sic argumentatur :

Ubi Lex Dei menti indita est ibi obiectum fidei, & revelatio scientiæ  
Dei est interna immediata & obiectiva;

Sed Lex Dei indita est menti, & inscripta cordi uniuscujusque veri  
Christiani, sub novo fœdere.

Ergo obiectum fidei, & revelatio scientiæ Dei, unicuique vero Cbri-  
stiano est interna, immediata & obiectiva.

Illud deducit, ex nostro Loco Apostolico, nim. ex I. Joh. II. v. 27. (l.  
c. p. 25.) ex eoque ita colligit terminos :

Quicumque habet unctionem in se manentem, qua docet illum omnia,  
ita ut non necesse habeat, ut aliquis eum doceat, habet inter-  
num & immediatum Doctorem & quædam illi revelata sunt,  
& interne, & immediate & objective;

Sed Sancti talem unctionem habent : Ergo.

IVtum desumit ab ultimo refugio omnium Christianitatis Professorum,  
cum ad extremum pressi sunt, (l. c. p. 33.) concluditque ita :

Illud, ad quod omnes Christianitatis Professores, cujuscunque gene-  
ris seu speciei sunt, ultimo recurrunt, cum ad extremum pres-  
si sunt, & cujus causa, cetera omnia fundamenta commen-  
dantur, & creditu digna habentur & sine quo rejiciuntur, il-  
lud, inquam, oportet necessario esse solum certissimum immo-  
bile fundamentum omnis fidei Christiana;

Sed interna, immediata, obiectiva Spiritus revelatio illud est, ad  
quod



*quod omnes Christianitatis Professores ultimo recurrunt.  
&c.*

*Ergo est solum certissimum, immobile fundamentum.*

Assumptionem, quantum ad Protestantes, probat inde: Quia ipsi Scripturam, fidei suæ regulam & fundamentum fateantur, & si interrogentur: quare Scripturam pro regula assumant? respondeant: quia in illis voluntas Dei declarata sit a Sanctis, prout iis intus, immediate & objective a Spiritu Dei revelata fuerit: non quia hic vel ille eas scripserit, sed quia dicente & movente Spiritu Dei scripserint. Quare mirum (dicit) videri, quod homines illud tam incertum reddant & periculosum, super quod certitudo, & fidei eorum fundamentum ædificetur. *Hæc Barclajus.* Quibus, ut eo magis his hominibus satisfaciamus, adhuc addere placet duo argumenta, quæ hujus Barclaji Defensor *G. KEITHUS* urget, Quorumque:

Imum petit a praxi primitivæ Ecclesiæ Christianæ, in qua donum prophetandi sive per Spiritum immediate loquendi, continuatum fuerit, usque ad *Justini Martyris* & *Tertulliani* tempora, illis ipsis testibus. (vid. ille l. c. p. 32. & 38.) exque hoc ipso, ita quasi argumentari vult:

*Quicquid in Ecclesia Christiana primitiva, eaque puriori & viguit,  
& continuatum etiam est optime & utiliter, illud male negatur & hac ratione in desuetudinem adducitur, in Ecclesia Christiana nostri temporis, (confer. Barclajus l. c. p. 7.)*

*Atqui donum prophetandi, sive per Spiritum immediate loquendi continuatum fuit. &c.*

*Ergo male ac magno cum incommodo negatur, & hac ratione in desuetudinem adducitur in Ecclesia Christiana nostri temporis.*

Idem capit a conditione sensuum interiorum, supernaturaliter sibi a Deo ingeneratorum, sicque falli ac decipi nesciorum. (l. c. p. 35.) & hujus occasione ita quasi argumentari vult:

*Quæcumque revelationes sunt sensibus falli ac decipi nesciis, illa omnino sunt certissima & tutissima, hincque omnino in Ecclesia & statuenda & retinenda.*

*Sed revelationes Sp. Sancti interna & immediata tales sunt. E.*

Hæc sunt maxime præcipua *QUAKERORUM* pro stabilienda sua *UNCTIONE* argumenta, de quibus quid habendum, quomodoque illis occurrendum sit, hoc jam porro bono cum Deo docebit:



## ARTICULUS III.

*Suppeditans probationis Sensus heterodoxii, haftenus enarrata refutationem, non tantum ex S. Literis, sed & ex ipsorum Adversariorum confessione, quæ habetur in propriis eorundem Scriptis.*

in quo itaque hunc in finem.

Qv. Quid de argumentis istis Adversariorum paulo ante adductis habendum? Annon ergo illa adeo firma sunt, ut illis ipsis, id quod probari debet, probari possit?

Resp. *BARCLAJUM* equidem si consulamus, ipse sibi hoc omnino persuadet, dum dicit: *Quæ supra, (in tota Thesi secunda de interna & immediata revelatione) dicta sunt, demonstrant omnium, qui hanc doctrinam negant ora occludi posse, indubitandis, & inexpugnabilibus argumentis (vid. ille l. c. p. 35.)* it. dum de IVto suo argumento ait: *hoc argumentum probe ponderatum, cum omni Christianorum genere, magni momenti futurum spero. (ib. p. 33.)* Quæ num ita se revera habeant, id jam adjuvante *VERA UNCTIONE* videbimus. Quod itaque bene vertat *DEUS* veritatis amantissimus!

Quantum ad *Imum* Barclaji argumentum, multis id modis turpiter *Lectorem* suum fallere intendit, dicta enim citata, ex quibus hoc argumentum suum ille necit si recte inspiciantur, oppido docent: promissionem in illis de Spiritu & verbo immediate communicando factam, pertinere ad *Apostolos* in *N.* & ad *Prophetam* *Esaïam* in *V. T.* Hic enim *Esaïas* expresse in *Loco* *Esaïæ* citato distingvitur ab illis, cum quibus foedus pangere *Deus* dicitur, (*nim. a conversis habitatoribus Zionis. v. 20.*) quos per hunc & ejus successores, verbiqve prædicationem ab ipsis factam (*sicqve mediate*) *Deus*, & *Spiritus*, & verbi sui participes facere volebat, indicantibus claris verbis non tantum hujus loci, sed & aliorum in *S. Scripturis* passim. Et de hoc *Esaïa* (*eiusqve collegis*) in *V. & Apostolis* in *N. T.* non negamus ipsis *Spiritus* immediate revelatum & promissum esse, talemqve eos & revera accepisse. Ratio autem hujus rei hæc erat: quia ipsi debebant esse totius *Mundi Doctores & Scriptores θεόπνευστοι*, sicqve tali immediata re-



ta revelatione instructos esse necessario eos oportebat, ut scilicet in actu scribendi essent infallibiles. Verum quia fronte jam Adversarius hæc ipsa rapere vult ad omnes Christianos, aut ad minimum ad omnes Quakeros? Ergone omnes in Ecclesia Christi (ipsi) sunt Prophetæ, Doctores & Scripturarum interpretes? merito quæro cum Paulo *1. Cor. XII, 29. 30.* & respondeo cum eodem: Nullatenus. *Eph. IV, v. 11.* Aut quis constituit Quakeros Mundi Doctores & Scriptores *ἑσονται*, in sempiternum duraturos? Siccine adhuc hodie libros canonicos scribere necesse est, aut ad minimum, tales scribere, eosdemque Canoni a Prophetis, Evangelistis & Apostolis scripto apponere licet? itane nunquam in Ecclesia cessare debent immediatæ revelationes? Contrarium testatur Spiritus vere infallibilis. *Job. XX, v. 31. 2. Tim. III, v. 16. 17. Deut. IV, v. 2. Apoc. XXII, v. 18. Dan. IX, v. 24.* Sed posito, non tamen concessio (*saltem ut hoc largiamur Adversario*) dicta citata omnino ex æquo & eodem modo (*quod enim aliquo & certo modo ad omnes Christianos spectent, hoc Orthodoxorum nemo, nec hactenus negavit nec & imposterum negabit unquam*) sumenda & intelligenda esse de omnibus omnium temporum Christianis & Sanctis, Anne & sic ex illis posset probari Christianos in communi & adhuc hodie immediate a Spiritu S. (*vi horum dictorum*) debere doceri & in omnem veritatem duci? Admodum dubito: Unde enim probabit Adversarius, quod omnis, in quo Spiritus S. sit, habeat immediatam ejus revelationem eorum, quæ ad salutem scire necesse est? Sane de Christianis in ecclesia Corinthiaca in communi Paulus asserit, quod Spiritus Dei in illis sit, habitetque tanquam in templo proprio. *1. Cor. III, v. 16. c. VI, v. 19.* & tamen revelationem immediatam in communi ipsis denegat, *1. Cor. I, v. 5. (NB.) 6. 7. c. XII, v. 29. 30.* Unde idem probabit, quod verba, quæ dicuntur a Spiritu S. in ore alicujus posita, semper intelligenda sint ita, quasi Spiritus S. ea immediate semper alicui in os posuerit? Sane de Israelitis dicit Scriptura, quod Deus (*Spir. S.*) posuerit verbum in ora eorum *Deut. XXX, v. 14. collat. cum. Ps. CXLVII, v. 19.* & tamen hoc non factum est immediate, sed mediate per Moysen. *Deut. XXX, 15. Act. VII, v. 38.* idem plane dicitur etiam de Pius Israelitis *Esa. LI, v. 16.* & tamen hoc fiebat per Esaiam. *Esa. I, v. 1. 2.* Imo unde probabit, non posse Spiritum S. Pios docere perpetuo, nisi id faciat objective, & novas revelationes suppeditando? Sane Christus ipse ostendit, fieri id posse & per suggestionem eorum, quæ ipse antea dixerat. *Job. XIV, 26.* hodieque in literas redacta sunt. *Luc. I, v. 1. 2. 3.* Vides itaque L. B. quod omnino consentiente Scriptura S. Spiritus S. in Christianis esse, in ore eorum verbum ponere, eosque perpetuo docere possit, ut tamen



tamen non necesse sit ideo statuere, id ipsum Spiritum S. facere *immediate, objective & per novas relationes* antea in Scriptura non revelatas; sicque falsissimam esse Majorem Propositionem in Argumento Adversarii, uti ea ab ipso posita est, id quod clare patet, si illa sequenti ratione limitetur: *In quocumque Spiritus Dei est, semper in ore ejus verba (nova scil. & in Script. S. antea non contenta, immediate) ponens, illum docet immediate & objective & perpetuo*

Hac limitatione adjecta demum vera est Major Adversarii, sed hac ratione falsissima & Scripturae contraria fit minor (*Qua subsumere deberet: Sed Spiritus Dei semper est in semine iustorum, & ponit in ore eorum verba nova & in Script. antea non contenta, idque immediate.* Hoc inquam, uti ostendimus, contradicit Scripturae S.) Sicque argumentum corrui.

Quantum ad II<sup>um</sup>, ejusdem illud est farinae. Neque enim id sequitur, quod vult Major Adversarii propositio: *Ubi lex Dei indita est menti, ibi objectum fidei & revelatio scientiae Dei est interna immediata & objectiva?* Subsumo enim: Atqui olim (in V. T.) Lex Dei indita erat menti, (*piorum scil.*) clarissime hoc testante ipso Deo. *Esa. LI, v. 7.* & tamen revelatio scientiae Dei non erat immediata, teste vel ipso (*a veritate viſo*) Adversario, quippe qui *l. c. p. 24.* diferte fatetur: *olim (scil. in V. T.) scientia populi ex Sacerdotibus pendebat.* sicque certe non erat immediata sive immediata a Deo ipsi communicata. Adhuc si modo consulamus interpretationem hujus loci, factam ab ipso Sp. Sancto in N. T. certiores reddemur, nihil minus quam hunc locum Adversario ejusque sententiae patrocinari. Verum quidem est, inscriptio legis Dei, de agnitione Dei & nostri, fit omnino in N. T. per Spiritum Dei, tanquam digitum dextrae Dei, (*uti a pia antiquitate vocatur*) sed vero fitne hoc immediate? Contrarium docet Paulus. *2. Cor. III, v. 3.* ex cujus verbis clare licet colligere sequentia (1.) Quod Scriptores, sive Amanuenses, digito Dei sive Spiritu (*2. Cor. III, v. 8. Matth. X, v. 20.*) in tabulas cordis carneas hominum legem Dei, de vera ejus agnitione & voluntate, scribentes sint Apostoli, reliquique viri theopnevsti *2. Pet. I, v. 20. 21.* horumque successores veri Evangelii Doctores alii. *2. Tim. II, v. 2.* (2.) quod penna scriptoria sit doctrina Spiritus Sancti. *1. Cor. II, v. 13.* (3.) quod literae non sint atramento pictae, sed vividae flammæ, & motus cordis (*per verbum a Spiritu facti Ps. XIX, v. 8. 9.*) Deo placentes. *Rom. XII, v. 11. c. VIII. 14.* (*confer. Balduinus in Epist. Paulin. p. m. 593. & 598. edit. in 41.*) Ubi hic nunc stabilitur revelatio immediata? ubi hic rejiciuntur ordinarii ecclesiae Ministri? Dicis in verbis sequentibus: *Ex non docebit amplius vir proximum suum*

Qui



*Et c.* Resp. omnium minime. Si enim hic esset verborum Prophetæ sensus, qui quæso ipse Christus tempore N. T. docere potuisset? *juxta Luc. V. 3.* *Et c.* qui quæso Apostolos suos ad docendum mittere necesse habuisset, *juxta Matib. XXVIII. 19. 20.* imo qui quæso & ipsi Apostoli alios Doctores in ecclesia constituere & per se ipsos & per suos Discipulos potuissent, *juxta 2. Tim. II. v. 2.* Alia itaque omnino horum verborum mens sit necesse est, hæc scil. (*probante hoc ipsum ipso Spiritu S. Ebr. VIII. v. 5. seqq. Coll. II. 16. 17. V. T. tanquam umbram, sicque tanquam aliquod obscurius, N. autem T. tanquam corpus ipsum, Coll. II. v. 17. sicque tanquam aliquod clarius nobis describens*) quod nim. Propheta his ipsis describere voluerit claritatem N. T. præ V. T. quæ quantum ad doctrinam in eo tradendam tanta esset futura, ut capita doctrinæ facile etiam a minimis intelligerentur. Et hoc quoque certissime verum est. Nam quæ in V. T. sub obscuris Typorum involucris proponebantur, jam omnia evoluta, & tam perspicue proponuntur, ut & puer septennis, de Christi (*quem hic dubio procul per Dominum intelligi vult Propheta, quia vaticinatur de Temporibus N. T.*) persona & merito, ex sua Catechesi fidei suæ rationem feliciter reddere possit, quam multi olim Prophetæ (*alios tamen docentes doctrinam de Christo*) qui Christum equidem viderunt, sed non præsentem, intuiti eum sunt, sed non prope. *Num. XXIV. 17. coll. cum Luc. X. v. 23. 24. (confer Balduin. l. c. p. m. 198.)* Et hoc est quod Propheta dicit: *non docebit amplius uniusquisque proximum & fratrem suum, dicendo: cognoscite Jehovam, nam quotquot erunt, cognosceni me, a minimo eorum usque ad maximum eorum, dicit Jehova, sicque nihil Adversario patrocinator, quin potius clare adversatur.*

Quantum ad Illitium Adversarii argumentum, addantur saltem ad Majorem, eandem limitando, verba: *immediate & ordinarius verbi Minister. h. f. m.*

*Qui habet unctionem in se manentem, quæ (immediate) docet illum omnia, ita, ut non necesse habeat, ut aliquis (ordinarius verbi Minister) eum doceat, ille habet internum, & immediatum Doctorem, & quædam illi revelata sunt, & interne & immediate & objective.*

Sicque h. m. majore limitata res confecta est, & minor oppido falsa, quandoquidem ad ravim etiam hactenus inculcatum est, quod salva manente Scriptura, mens Apostoli hic esse non possit: habere veros ac pios Christianos omnes, etiam his nostris temporibus, immediatas revelationes Spiritus Sancti, & hinc publicis ordinariisque verbi Ministris in ecclesia non opus esse. De cætero Adversario facile largimur, privilegium hic promissum, esse piis Christianis omnibus commune, esse etiam perpetuum, si saltem Christiani id habentes in gratia regenerationis mane-



ant; sed vocem *immediate* quam addit, tolerare non possumus, quia uti ha-  
 -tenus multis ostensum est, contradicit Scripturæ S. Imo & hoc possumus  
 largiri Adversario: Esse Spiritum S. omnino certissimam regulam & a-  
 -mussin, ad inveniendos & discernendos Seductores, *sed hodie non aliter,*  
*quam quatenus loquitur per Scripturam Sacram, & hæc* (scil. Scriptura S.)  
*est ejus vox & propria doctrina, juxta 1. Cor. II. v. 13. quæ duo, Sp ritus &*  
*Scriptura, in actu regulandi & normandi, hodie separanda non sunt (uti*  
*ea separat Adversarius contra Scripturam 1. Cor. II. v. 12. 13. collat. cum Rom.*  
*XVI. 25. 26. Actor. XX. 28. Job. XIV. 26.) sed potius semper in eo actu conjun-*  
*genda, (cui ea jungimus nos cum Scriptura, in locis modo citatis.) con-*  
 tra hanc veritatem possumus nihil, bene tamen pro ea, quidquid contra  
 hiscat absque veri Spiritus auctoritate Adversarius. Neque enim alia (*hodie*)  
 docet Sp. S. quam quæ antea jam tum docuit, multo minus contraria do-  
 cet iis, quæ antea docuit per viros *ἁγιῶν πνεύματος* id quod tamen, quod a Qua-  
 keris defendatur, partim jam tum demonstratum est antea, partim adhuc  
 inferius bono cum Deo demonstrabitur.

Quantum ad IVtum Barclaji argumentum, mirum est, quod is audeat  
 adeo tarpiter in eo confundere revelationes pristinas & modernas; ad il-  
 las confugimus nos Protestantes, non ad has; super illas certitudo fidei no-  
 -stræ ædificatur, non super has. Ratio hæc est, quia *de illis*, unde fuerint  
 scimus, nim. a viris vere *ἁγιῶν πνεύματος*, id quod inter multa alia (*de quibus*  
*confer. Conrad. Dietericum in Institut. Catechet. Loco de Scriptura S. Quæst.*  
*22. & alios Orthodoxos Theologos in hoc Loco.)* indicat, vel constantissima  
 & amoenissima earum inter se invicem harmonia, in tradendis scil. parti-  
 bus doctrinæ vere cœlestis, nec non vere admirandus earundem effectus,  
 infallibile omnino de sua causa dans testimonium, quod testimonium  
 non perficitur divino quodam, eoque immediato alloquio Spiritus ad ani-  
 mas fidelium, (*juxta Keitb. l. c. p. 38.*) sed motione cordis, ejusque affe-  
 ctuum a Spiritu Sancto per verbum, a revelationibus his profectum, ad a-  
 nimæ, attente id legentis, audientis & considerantis, tranquillitatem, ex-  
 hilarationem, patientiam (*quidvis etiam pro eo patiendi*) aliasque egregias  
 christianas virtutes, *juxta Gal. V. v. 22. coll. cum Psalm. CXIX. v. 9. 14. 20. 45.*  
*50. 72. 92. 93. 103. 104. 105. 111. 113. 130. 143. 154. 162. & 165. Psalm. XIX. v. 8. 9. & c.*  
 De his autem, sive modernis Fanaticorum revelationibus, unde sint, hoc  
 nescimus, nisi quod infra afferenda (*ex ipsorum Adversariorum confes-  
 sione*) haud obscure docere & velint & possint, unde, & a quo Spiritu ipsæ  
 sint. Quibus ita præmissis satis superque patere puto, falsissimam esse  
 Minorem, argumenti Adversarii, propositionem: Quod nim. interna im-  
 mediata objectiva Spiritus revelatio (*adhuc hodie scil. vigens*) illud sit, ad  
 quod Orthodoxi protestantes ultimo, cum premuntur, recurrant, Sic-  
 que



que & hoc argumentum nihil concludit. Et hæc ad argumenta *BAR-  
CLAJI*.

Quod autem jam attinet ad argumenta *G. KEITHI*, & quidem initio  
ad ejusdem argumentum Imum, addantur saltem ad majorem, eam limi-  
tando, hæc verba: *eo scil. modo, quo id hodie viget & continuatur apud Qua-  
keros aliosque Fanaticos, quoque id & vigere & continuari ex ipsorum sen-  
tentia debet.* formeturque illa propositio h. m.

*Quicquid in ecclesia christiana primitiva, eaque puriori & viguit,  
& continuatum etiam est optime & utiliter, (ad eundem scil.  
modum, quo id adhuc hodie viget & continuatur apud populum Qua-  
kerorum, quoque id ex horum sententia in Ecclesia & vigere & sem-  
per etiam continuari debet) illud male negatur, & hac ratione  
in desuetudinem adducitur in Ecclesia Christiana nostri tem-  
poris.*

Et sic limitata Majore, falsissima est minor Adversarii. Neque enim  
in æternum ipse probabit, eodem modo donum prophetandi viguisse &  
continuatum fuisse in ecclesia primitiva, quo id viget & continuatur ho-  
die apud Quakeros, nim. cum Tremore corporis violento & sevo (cujus con-  
trarium probat *Magnif. Dnus Præses in Synopsi Errorum Fanaticorum Disp. I.  
Thes. 9.*) item cum abrogatione Ministerii verbi publici, (cujus contrarium  
docet *Actor. XIII. v. 1. Ephes. IV. v. 11. 12. &c.*) absque prava institutione, fa-  
cta per verbum prædicatum, (cujus contrarium evincunt exempla omni-  
um Prophetarum N. T. quorum nullus proferri poterit, qui non antea,  
per verbum externum prædicatum fuisset edoctus & ad Christum conver-  
sus, quam dona prophetandi accepit, confer. hoc probantes *Centur. Magdeb.  
Cent. I. L. I. c. 4. col. 139. 140. edit. Basil.*) & ita ut illud donum commune fuis-  
set omnibus Ecclesie membris (cujus contrarium tradit *1. Cor. XII. v. 29. 30.  
Ephes. IV. v. 11. &c.*) Quæ vero Adversarius ex Patribus, Justino Martyre,  
Tertulliano & Ireneo, in subsidium vocat, certe ipsi non patrocinantur,  
evolvi enim & legi ea, & quidem quantum ad Tertullianum, tantum ab-  
est, ut is illi patrocinetur, ut potius ei in faciem contradicat in libro adver-  
sus Judæos, *Tit. de Vastatione Israel post passionem Domini. p. 120. 121. ope-  
rum, Edit. Paris. 1580.* dum ita ibidem scribit: *Post adventum & Passionem  
Christi, jam non visio, neque Propheeta, unde firmissime dicit (Daniel) adven-  
tum ejus signare visum & prophetiam.* Quantum autem ad duos reliquos  
ab eo citatos, reperi in Justino & quidem Dialogo ejus cum Tryphone Judæo  
(p. 308. edit. novissima Colon.) hæc verba: *Apud nos bucusque etiam prophe-  
tica extant dona, unde & vos intelligere debetis, quæ olim in genere vestro  
fuerunt, ea esse in nos translata.* In Ireneo adversus hæreses (L. 3. p. 158. edit.  
Basil. 1560.) hæc: *Alii (Hæretici) ut donum Spiritus frustrentur, quod in no-*



vissimis temporibus, secundum placitum Patris, effusum est in humanum genus, illam speciem non admittunt, quæ est secundum Johannem Evangelium, in qua Paracletum se missurum Dominus promisit, simul & Evangelium & propheticum repellunt Spiritum, prophetia gratiam repellunt ab Ecclesia. — Datur autem intelligi, quod hujusmodi, neque Apostolum Paulum recipiant, in ea enim Epistola, quæ est ad Corinthios, de prophetis charismatibus diligenter locutus est, & scit viros & mulieres in ecclesia prophetantes. Et hæc sunt illa loca, ad quæ dubio procul respexit Adversarius, quæ tamen prophetandi modum, modo citatum, uti is hodie apud Quakeros viget, non probant. Hoc quidem probant, quod & nos non negamus, concessum esse nonnullis in Ecclesia primitiva sub initium & in prima quasi infantia illius donum prophetandi, (rationes quare? vide in Magnif. D. Bajeri Dissertatione III. Synopses & Examini Theologiae Enthusiastarum recentiorum p. 137. quæquam id cum avo Apostolico sensim etiam iterum deserit,) non autem, quod id & ad nostra usque tempora debuerit continuari, uti nec hoc, quod illud donum fuerit universale & omnibus promiscue commune, si enim hoc vellent suis verbis, contradicerent his ipsis, iis, quos tamen pro sua sententia citant, Christo (Job. XIV. v. 17.) & Paulo (1. Cor. XII. v. 29. 30. Eph. IV. v. 11. sicque minime essent audiendi. Et quid regeret Adversarius, si assereremus, saltem eventus in Ecclesia & Politia, istos Prophetas prævidisse & prædixisse, de cætero Doctores Ecclesiæ fuisse, a dono isto prophetiæ, nomen Prophetarum accipientes, & inter Episcopos connumeratos fuisse, (uti omnino colligi potest ex Act. XXI. 4. 10. & 11. C. XI. v. 27. 28. C. XIII. v. 1. c. XV. v. 32. Eph. IV. v. 11. 12.) non tam novas revelationes, ad salutem scitu necessaria concernentes, habentes, quam potius verbum jam tum antea revelatum explicantes. juxta 1. Cor. XII. v. 29. 30. C. XIV. v. 1. 3. 4. 5. confer. Centur. Magd. Cent. I. L. 2. c. 7. coll. 390. 392. & Cent. II. c. 7. col. 96. nec non doctè omnino hanc materiam tractantem Hermannum Witsium in Miscellaneis Sacris p. 364. seqq. Quibus ita præmissis facile videt quilibet, quid obtineat hoc suo argumento Adversarius.

Quantum ad illud KEITHI argumentum, falsissimum est, quod sensus interni deludi ac falli non possint, contrarium enim docet non tantum & adhuc hodie experientia, sed & ipsa Scriptura, exemplis Davidis 1. Chron. XXII. v. 1. & Judæ Ischariotis Job. XIII. v. 2. Neque juvat Adversarium, quod dicit, sensus suos internos, in actu, revelationes immediatas accipiendi, esse a Deo spiritualiter & supernaturaliter ingeneratos, sicque vel ob hoc fallere aut falli non posse: Quo minus enim prius in hac propositione credamus, obstant nobis sequentia, in quibus quidem initio cum Adversariis non disputabimus ex Scriptura, (quandoquidem hujus  
exami-



examine & testimonio, nolunt suas revelationes debere subijci, juxta Barclajum l. c. p. 32.) sed ex concessis, & confessione ipsorum propria. Jam autem confitetur Barclajus & quidem nomine Quakerorum omnium, (l. c. p. 173.) I. ipsorum doctrinam, ipsis esse a Spiritu Dei (immediate) manifestatam sive revelatam (ibidem.) II. Spiritus Sancti motiones (ut & revelationes) sibi invicem contradicere nunquam posse. (l. c. p. 47. f.) Ex quibus sic concludo:

*Spiritus Sancti motiones & revelationes sibi invicem contradicere nunquam possunt, (Hæc major est Adversarii totidem verbis l. c.)*

*At vero Spiritus, qui Barclajo & fratribus & Sororibus ejus immediatas suppeditat revelationes, dum apud Barclajum in Apologia dicit:*

p. 12. f. Temporibus Legis (i. e. V. T.) non alio modo (quam immediate,) Filios suos (Deus) allocutus est, & hoc quidem semper.

p. 38. Admiramur & laudamus Deum, quod mira providentia Scripta (Sacra) servaverit ita pura & incorrupta, ut nunc habemus, per tantas & tam diuturnas apostasice tenebras, ut pro veritate ejus testentur.

p. 173. Possunt catholice Ecclesie (Christi) membra esse, & inter gentiles, Turcas & Judæos, quæ simul, cum illis, qui Christum profitentur, & Scripturarum beneficio fruuntur, unam catholicam ecclesiam constituunt.

p. 7. & 243. quod nulla creatura ad Deum accessum habeat, nisi in & per Filium (Jesum Christum) secundum ejus ipsa verba Joh. XIV. 6. qui Jesus Christus suos liberaverit & liberet a Diabolo reliquisque eorum hostibus, patiendo & moriendo.

p. 334. quod non liceat Christianis geniculari, vel prosternere se ad homines, eisque corpus defletere.

(p. 24. Olim (in V. T.) Scientia populi, (quantum ad voluntatem divinam) ex Sacerdotibus pendeat. (sicque mediate per hos Filios suos, in isto populo allocutus est.)

p. 47. Si qui errores, injuria temporis (in S. Scripturas) irreperunt, parvi sunt, præsertim in rebus substantialibus,

p. 182. Plures Christiani vivi, in vita Christianitatis uniti, catholicam Christi ecclesiam constituunt. nihil constituit ecclesiam, nisi plurimorum Christianorum in unum corpus congregatio.

ad James Naylor, apud Lassenium in Historia Quakerorum.

p. 15. quod ille tantum damnatus sit, qui quærat salvari per illum Jesum, qui Hierosolymis crucifixus sit.

ad Martham Simonis, apud Lassenium l. c. p. 33. 34. 35. quod jussu potentie superioris (Spiritus) genua flectendo honorem exhibuerit Naylori.

Et  
contra

*Omnino in suis motionibus & revelationibus sibi contradicit.*

*Ergo Spiritus, qui Barclajo & reliquis Quakeris suppeditat immediatas revelationes, non est Spiritus Sanctus, sed potius vertiginis & confusionis.*

*III. confitetur Barclajus dicitque: Quæcumque doctrina Scripturis Sacris*



*contraria est, jure merito potest negari, & quasi haeresis rejici. item: Quod  
cunqve quis, pradicans se Spiritu duci, contrarium Scripturis perpetrat, de-  
lusio & machinatio Diabolica existimetur. (l. c. p. 47.)*

Sub his propositionibus, totidem verbis in Barclajo extantibus subsumo:

*Sed doctrina Barclaji reliquorumque Quakerorum, pradicantium se Spiritu  
(scil. immediate) duci, quando docent:*

Immediatam revelationem Spiritus. eos, qui eam  
habent, vere Christianos efficere (uti *Barcl. l. c. p. 8.*)  
Scripturam non esse adæquatam primariam re-  
gulam fidei & morum, (uti *Barclajus l. c. p. 35.*) -  
nec habere vim & virtutem sibi inditam, (jux-  
ta eundem l. c. p. 36.)  
nec communicare veram scientiam (uti *idem*  
l. c. p. 118.)  
nos non justificari tantum justitia Christi im-  
putativa (uti *idem l. c. p. 134.*)

quæ in S. literis nullibi inveniatur (uti *id. ibid.*)  
sed per bona opera a Christo quasi instrumen-  
ta justificationis commendata (uti *idem ibid.*)

(*Confer huc, quæ prolixè hanc in rem allata sunt, in hujus Sectionis Art. II. Q. I.*  
*Ergo Doctrina Barclaji, reliquorumque Quakerorum jure merito potest nega-  
ri, quasi haeresis rejici, ac ut delusio & machinatio Diabolica existimari.*

Conclusio hæc, fateor, est dura, quam quidem ego ita duriter non formassem, nisi  
ea sponte ita ex propria Adversarii confessione fluxisset, non itaque mihi, sed Spiritui,  
qui talia ipsi revelavit ac manifestavit, eam imputet, demumque agnoscat, non esse  
ipsum in veritatem Ductorem, sed potius a veritate abducentem Seductorem. Tibi  
vero L. B. quid videtur? anne hæc sunt egregia specimina *optime consistentiæ & har-  
monia Revelationis & inspirationis internæ & immediatæ* (quam se habere glorianus  
Quakeri cum asseclis suis) *cum usu Sacra Scripturæ?* (quam tamen ostendere conatus  
est *Georgius Keithus in Amica responsione ad Magnif. Dn. D. Bajerum*) Scilicet ut re-  
tro Rusticus arma gerit! Postquam itaque ostendi: falsum esse Spiritum Quakero-  
rum, sicque ejus immediatas revelationes nihil minus esse quam divinas, disputabo  
nunc etiam breviter contra illos ex vera veri Spiritus Sancti revelatione, & quidem  
mediata, s. Scriptura S. ostendendo: *partim* immediatis revelationibus Sp. Sancti  
hodie Christianis non esse opus, *partim* etiam tales, ne quidem ex voluntate Dei in  
Ecclesia Christiana hodie amplius vigere debere, idque duobus seqq. argumentis:  
*Sijam tum ea, quæ in Sacris literis revelata sunt, possunt Christianos erudire  
ad salutem, eosdemque reddere perfectos ad omne bonum opus instructos,  
sequitur, ipsi immediatis revelationibus non esse opus, quin potius eos his  
optime & absque ullo incommodo hodie posse carere.*

*Atqui prius est juxta 2. Timoth. III. v. 16. 17. Job. XX. v. 31.*

*Ergo & posterius. item:*

*Quicquid juxta prædictionem Spiritus Sancti statim post tempora Christi &  
Apostolorum tolli & cessare debuit, illud ex voluntate Dei his temporibus  
amplius in ecclesia Christiana vigere non debet.*

*Sed*

*Num. XXIV. v. 16.  
Matth. VII. v. 22. 23.  
1. Cor. XIII. v. 2.  
2. Tim. III. v. 15. 16. 17.*

*Contra-  
ria est  
Scriptu-  
ra S.*

*Luc. VIII. v. 11. 1. Pet. I.  
23. Ebr. IV. v. 12.  
2. Tim. III. v. 15. 16. 17.  
Jo. V. v. 39. c. XX. v. 31  
Rom. IV. v. 6. Philipp.  
III. v. 9.  
loc. cit.  
Luc. XVII. 10. Gal. II.  
v. 16.*



*Sed Visiones & prophetia, ut ad salutem scitu necessaria, statim post tempora Christi & Apostolorum omnino tolli & cessare juxta predictionem Sp. S. debuerunt.*

*Ergo illa, (& per consequens etiam immediata Spiritus S. revelationes, quibus ad salutem scitu necessaria revelari debere dicuntur,) his temporibus amplius in Ecclesia Christiana vigere non debent.*

Major est indubitato vera. Minor probatur ex Dan. IX. 24. ubi quod omnino per vocem **מְחִלָּה** (ad obsignandum) denotetur vera & realis visionis & prophetiæ ta-

lis, qualem modo descripsimus, sublatio & in ecclesia cessatio, probat locus parallelus Luc. XVI. 16. Lex & Prophetæ (quæ in V. T. fuerunt) usque ad Johannem. (scilicet, *durant*) Ex eo regnum Dei (non immediate a Spiritu in corde docetur, sed) evangelizatur, sive per evangelium prædicatur, (mediante serbo antea revelato, ejusque prædicatione per ordinarios serbi ministros juxta Rom. XVI. 25. 26. 2. Cor. II. 14.) sicque certe non eodem modo, (quod id annunciatum fuit Prophetis in V. T. immediate a revelationem habentibus,) hodie annunciat veris Christianis & fidelibus omnibus, id quod tamen vult Barclajus l. c. p. 16. 17. confer paulo ante citatum Tertullianum l. 6. Quæ cum ita sint, stat nostra conclusio, tanquam cœlestis divinitusque revelata veritas, quam in cordibus omnium veritatem amantium obsignare velit Deus elementissimus, per & propter ipsam substantialem veritatem Jesum Christum, Amen! Sequitur nunc

## SECTIO III. PRACTICA.

*hujusque*

### ARTICULUS I.

*Ostendens (ex hoc Loco Apostolico,) praxin Christianam in Cruce.*

I. Verum omnino est, premitur in hoc mundo ecclesia Job. XVI. 6. 33. & valde nonnunquam premitur, adeo quidem, ut in omnibus tribulationem, persecutionem & angustiam patiatur, ut etiam mirum non esset, si in multis ejus veris membris deliquium animæ pateretur, & plane sub angustiarum mole pressa Spiritum poneret. Quare autem id juxta Paulum 2. Cor. IV. § 9. non fiat, si scire desideras, responderet noster Apostolus: ob **UNCTIONEM**, quam habet Ecclesia & in ea quævis pia anima a **SANCTO** illo i. e. Christo V. 20.

II. Hujus itaque certa pia anima, animum non despondeat, nec in maximis tribulationibus, suo enim tempore **UNCTIO**, quæ ipsi concessa est, virtutem suam omnino exercebit, eandem reficiendo, sustentando, eruendo, ac denique etiam iterum exhilarando. juxta Psal. LI. 14. 2. Cor. III. 17. Gal. V. 22.

III. Nec nimium exhorrescat ad clandestinas insidias & fraudes, uti nec ad apertam vim inimicorum suorum, licet vel maxime illis ipsis undique circumdata sit, quomodoque se ex illis extricare debeat vel possit, non seiat. **UNCTIO** enim, quam habet a **SANCTO**, nec hic officio suo deerit, *partim* clandestinas insidias in lucem producendo, quomodoque veritati salvificæ, & quæ cum hac conjuncta est saluti nostræ infidentur docendo & manifestando, *partim* etiam arma, quibus felicissime illis resistere, victoriamque ab illis reportare queat, suppeditando, *partim* etiam animum intrepidum, ut intrepide his uti constanter possit, largiendo V. 20. 21. 22. 23. 26. 27. confer. Eph. VI. 10. 11. 16. 17. Matth. X. 19. 20. Actor. IV. 6. 13. & c.

ARTICU-



## ARTICULUS II.

### *Ostendens praxin Christianam in Luce.*

I. Quod si autem tam præclari modo dicti fructus hujus unctionis, in cruce participes & fieri & esse semper desideramus, id nobis agendum esse sciamus, ut eandem retineamus, nam non illi, cui hæc unctio offertur & confertur, sed illi, qui eam constanter retinet, hi ejus fructus promissi sunt. *V. 27.*

II. Hoc ut fiat, imitemur unguentum aliquod terrenum possidentes, idque libenter diu retinere volentes, teneamusque unctionem hanc cœlestem firmiter inclusam manui fidei, omni auro caduco præstantioris, intrommittamusque in scrinium cordis nostri, idque mediante attentâ lectione & auditione verbi divini, quippe quod ipsum vehiculum est, quo in corda hominum ea vehi vult. *V. 24. & 27. confer. Actor. 2. 6. 44.*

III. Sicubi autem contingat, ut forte præereticè peccando amittatur, nihil magis nobis curæ cordique esse sinamus, quam ut per veram ac seriam pœnitentiam eam cum Davide iterum recipiamus, imposterumque non iterum amittamus *juxta Psal. 11. 6. 12. 13. 14.*

## ARTICULUS III.

### *Ostendens praxin Christianam in Morte.*

I. Id si fiet nec citea finem vitæ nostræ, adeoque nec in morte ipsa virtutem suam exere intermitteret eadem hæc unctio, quippe ubi vel maxime ea nobis necessaria est.

II. Notum alias est, Regum ac Magnatum hujus mundi corpora, post mortem solere inungi, ut ad tempus a putredine & corruptione immunia maneant. Præstantior omnino multo est effectus hujus nostræ *spiritualis unctionis*, quemadmodum & ipsa unctio insanius est præstantior corporali unctio. Hæc enim conservat illæsam animam nostram a putredine spiritali (peccato) sicque a corruptione spiritali, facitque ut duret ea optime conservata & felicissime asservata in æternum. Nam ideo ea ipsa effusa est in Baptismo in nos opulenter per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati illius gratia hæredes efficeremur, juxta spem, vitæ æternæ. Hic est indubitatus sermo. *Tit. III. 6. 6. 7.*

III. Cognoscitur autem hic sermo esse indubitatus, & indubitato etiam id, quod promittit suo tempore perfecte eventurum esse, præter ac supra promissionem hanc divinam, etiam ex gratiosa ejusdem hujus unctionis in cordibus nostris mansione, amœnissimaque, Deo bene placentis odoris unius post alium, effectio *juxta Gal. V. 6. 22.* Hic, inquam, effectus, sicubi sentitur, verissime testatur de adessentia suæ causæ, i. e. Spiritus Sancti, nec tantum de hujus, sed & Servatoris nostri, *juxta 1. Joh. III. 6. 24.* & cum hoc etiam ipsius Patris cœlestis *juxta Joh. VIII. 6. 16. 29. c. XVI. 6. 32.* sicque de inhabitatione totius S. S. Trinitatis, vitam æternam certo certius, (*si in tali statu permanserimus*) nobis promittentis, *V. 24. 25.* Ecce o pia anima, **ADEO PRETIOSA EST** quæ fidelibus **A SANCTO** est **CONCESSA UNCTIO**, & adeo salutaris est ejus, quem secum vehit, effectus. *Quod ut salutariter vobis tempore & nos agnoscamus, adjuvet nos omnes clementissime, DEUS BENEDICTUS IN SECULA, cui & pro sua etiam hac vice iterum benignissime concessa gratia PER JESUM CHRISTUM gratias agentes, hunc nostrum laborem concludimus sequenti suspirio ardentissimo:*

**SOLI DEO GLORIA!**



EO - Beg 2002

01 A 6739



ULB Sachsen-Anhalt  
Aufgeschieden  
DATUM: 2008

Sb.

D.

Ref. ✓

46  
Jil. ~~111~~









300  
m. 18  
UNCTIO  
DOC

Quant  
DISPUTATIONE

Ex 1. Job. II, v. 20.

*Vires largiente ac conservante,  
sive Oleo latitia SPIR*

ψευδοεργασια BARCLAJI,  
Affectarumque eju  
P R Æ S

*VIRO Summe Reverend  
simo, Excellen*

DN. IO. GEORG.

SS. Theologiae Doctore, ejusdemque  
Alumn. Elect. Ephoro Gravissim  
meritiffi

*Dno. Patrono, Praeceptore, stu  
motore atate*

Publico, Placidoque Erudi  
AUCTOR & RE

M. DANIEL VE

Falcburgensis Neo  
Fac. Phil. Adjunct. nunc vero Superint. d  
IN AUDITORIO

*Ad diem Octobris, A*  
DENUO EX

WITTENBERGÆ, LITER

